27. a. 3. 19.

Nº Caja
C-41

Ahºº Sª Vellga

Caja C-11
R. 30911

# M. T. Ciceronis Epiſtolae familiares accuratiſſime emendatæ:

a maculiſq; q̄pluribus ereptæ:quibus hactenus
ante noſtram hanc preſentem editionem
ubertim ſcatuerāt:necnon cū facū
diſſimis:eruditiſſimis: lu
culentiſſimiſq; infra
ſcriptorū autho
rum fide di
gnorū

Vbertini creſcentinatis expoſitionibus.

Io. Baptiſtæ Egnatii interprætamentis.

M. Phileti commentariis.

Georgii Merulæ annotamentis.

Angeli Politiani annotamentis.

Philippi Beroaldi caſtigationibus.

Iacobi Crucii annotamentis.

Marini Scodrenſis argutis obſeruationibus.

Aſcenſii de componendarum epiſtolarum arte:compendiis:ac Plinii & Ciceronis illuſtribus clauſulis.

Accedit adſignatiſſimus rerum ſcitu dignarum index. necne ſcholia marginibus adnotata:cumq; figuris ſuis locis excuſſa.

¶Præſtantiſſimo Patritio Bernardo Lauretano Sereniſſimi Principis.
filio: Joannes Baptiſta Egnatius Venetus fœlicitatem.

SPerabam Bernarde Clariſſime fore:ut Annotamenta in ſedecim epiſtolarum Ciceronis familiarium libros
a me per partes proximis annis collecta:nunc tuo nomine tandem edita legerentur. Sed ſpem hanc meam
ſtudio pertinaciſſimo alitam:multa ita fruſtrata ſunt:ut in primum tantummodo librum emittere coactus
ſim. Nam cum eo animo impreſſori hæc tradidiſſem:ut reliqua perſequerer:tanta mihi undique exorta
negocia ſunt.tantus undique rerum tumultus ſeſe mihi ingeſſit : ut perficiundi deſperatione ſemel iniecta: ad hunc uſ
que diem abſoluere inchoatum opus non licuerit. Qua in re plurima ſunt quæ non mediocrem mihi moleſtiam afferre
rant. Primum ꝙ abſolutiſſimo patricio nuncupari nihil niſi perfectiſſimum debuit. Deinde ꝙ hominum rumores uere
bar magis ad aliena carpenda:quã ad æqui bonique conſulenda egregie factos Et certe ita pleriſque partim maliuo
lis:partim inuidis:partim & imperitis perſuaſum eſſe poterat:non tam mihi defuiſſe uoluntatem q̃ ad reliqua cõficiũ
da facultatem. Quaſi uero aut tam uanum fingant:ut polliceri multa: præſtare pauca ſoleam.aut tam imperium ut cũ
difficillimam operis partem abſoluiſſem etiam cum fœnore multo faciliorem perficere non poſſem:aut tam dementẽ:
ut neſcirem plus mihi dedecoris huiuſmodi iactatione quæſitum iri quã decoris. Nam quod ad ipſa quibus titulum
Selectorum fecimus:adnotamenta attinet:non uereor:niſi hic mihi titulus inuidiam apud quoſdam pariat:quin cæte
ra probari uel a maliuolis poſſint. Quippe cum a me ſit ita elaboratum:ut qui liber antea a q̃pauciſſimis legebatur:(
ab hoc proximum qui ad Curionem.F.eſt prælegere ferme diſcipulis doctores antea ſoliti erant maioris in eo q̃ reli
quis fructus ſimulato prætextu:)liber hic inquam nunc paſſim & prælegi : & haberi in manibus poſſit. Quis enim
crederet uel a Cicerone uel a Tyrone liberto:quod uero propius eſt:ita digeſtos hoſce libros:& poſteritati mandatos
ut primum hunc tanquam negligendum in fronte collocarint?ego uero a Tyrone optima quæque præpoſita ſemper
cenſeam Quod probari & eruditis facile poteſt. Quid enim preſſius:quid elegantius:quid caſtius hoc libro?aut quis
liber gratum in amicos animum:in patriam ſtudium:euidentius poſteris commendet? Iam in quo libro maior eloquen
tia extet:quam in quo res eadem ſæpe repetita tanta uerborum uarietate:tanta ſententiarum copia & grauitate: tanta
prudentia diſſeritur:ut non tam ſtudium & pietatem ſuam lentulo commendare uoluiſſe : quam ſeſe poſteris oſtentare
uideatur. Quare & ſi liber unus eſt qui ſub tuo nomine exibit in publicum:non tamen tu illum cum alii deſint:aſperna
beris. Eſt enim hic:ut unus ſit:tanta hiſtoriarum copia :quæ res in primis deſiderabatur a prioribus interpretibus:aut
omiſſa:aut diſſimulanter reſecta:ut quæ antea eius ignoratione obſcuriſſima erant nunc aperta & perſpicua luce imiſ
ſa ſint facta. Vt quãuis imperfectum opus tanquam caput & ſumma pectoris ſint a me tantum expolita:uideatur ab
ſolutum tamen probetur id:in quo nihil quod induſtria conſequi potuerim:deſit. Cuius noſtræ induſtriæ ſi non ea nos
laus ſequetur & gratia:tanquam integre debitum non reſcripſerim. Eam ſaltem uelim exhibeant:quam meretur is:qui
bonam partem repræſentat eo animo ut ſummæ non multo poſt ſatiſfaciat. Alioquin dum nimis urgemus : fit ut cum
uſura ſors quoque depereat:ita fit ut acerbæ nimis creditoris appellationes magis illi ſæpe:q̃ debitori obſint. Quare ſi
breuiſſimi temporis ueniam a tam moleſtis obturbatoribus impetrare poſſum:dabo alacrius operam ut reliqua in cæ
lianas epiſtolas in quædam alia partim corrupta:partim non ſatis intellecta propediem exeant:ita tamen ut Ptolomæi
Geographiam quam in manibus habeo Decanali meo condictam operam dum animam ageret:prius abſoluã. Quæ
res non ſolum excuſatum me apud iſtos facere:ſed ſummam laudem apud optimum quemque parere debet:cum ami
corum negocia rebus meis præuerti patiar. Quod & in Sabellici Exemplis Patri tuo clariſſimo omnium Principi nũ
cupatis proximo hoc anno feci. leges igitur Bernarde p̃ſtantiſſime breuem hunc noſtrum commentariolum: ſiue adno
tationes ſine malis Selecta dicere:atque ideo libentius leges(ut arbitror)quod præterquam quod Egnatii ueſtri par
tus eſt. Nulla lectio eſt qua parare tibi eloquentiam facilius poſſis & melius Tulliana. Ex clariſſimi uero oratoris mo
numentis:nullum familiaribus hiſce epiſtolis & ætati & ſtudio tuo accommodatius:quas & ſi ſemper tibi plurimũ pla
cuiſſe:uel cum in diſciplina noſtra eſſes perſpexi:non dubito tamen etiam atque etiam tibi placituras hoc tempore:cũ
& ueſtibulum antea diſiectum & rude non ſolum nunc niteat:ſed & reliquus apparatus ornatior inſtructiorque extet.
Vale Et Egnatium ut facis dilige & foue. M.D.octauo.iiii.No.Sep. Patris Principatus fœliciſſimi anno ſeptimo.

LOcus eſt in ſecundo ad Cælium epiſtolarum:quem interim diſſimulare nolim : non ſolum corrupte hactenus
lectus:uerum etiam peruerſe interpretatus.in calce.n.epiſtolæ cuius initium eſt magno dolore me affeciſſent
litteræ tuæ:ſic legitur. Sed tamen togam prætextam texi oppio puto te audiſſe.nam Curtius noſter dibaphum
cogitat:ſed cum infectio aeris moratur. O dii boni quas nugas non commentarii ſolum:ſed nouitii quidam præce
ptores effutiunt:quibus uix ſatis uel hæ Ciceronis familiares epiſtolæ cognitæ ſunt. Tu igitur ſic leges. Sed tamen to
gam prætextam texi Appio puto te audiſſe.nam Curtius noſter dibaphum cogitat : ſed eum infectio aheni moratur.
Cicero ad. Qu.fratrem de hoc Appio quaſi locum hunc ſignaret:in hec uerba.ſed præterea togam ſum eius prætex
tam quam erat adeptus Cæſare conſule magno hominum riſu Cauillatus:& quæ ſequuntur. Senſus autem hic eſt per
tranſlationem purpureæ ueſtis qua triumphantes utebantur. Cogitaſſe Appium de triumpho:& Curcium Appii fami
liarem de ſplendidiſſimo.uerum adeo deceptum:aheni infectione:ut non modo apparatiſſimum triumphum aſſecutꝰ
Appius ſit:ꝙ dibapha purpura alias p̃ſtat:ſed omnino nullum.dum enim de purpura bis tincta cogitat:pullatus color
euaſit. Hoc ideo curaui addendum ut quæ in reliquis futura ſit mihi ſcribendi ratio : geſtum legibus iſtæc præbeam.
Illud interim de Trebonio amplio.cum ille.C.hic.A.pronomine ſit.niſi hic.C.Treb.legas.



UNIVERSITA

Georgius Merula Alexandrinus Staticlenſis Dominico Sanuto Patricio Veneto Salutem.

Xponenti mihi ſuperiore anno diſcipulis noſtris eam Ci.epiſtolam:q ad Lentulum Spintherem de Alixādrino Rege.in regnum reſtituendo ſcribit.Et ſi argumentū & ſummā negocii Strabone potiſſimū fretus:copioſe ex poſuiſſe uiderer.Tu tñ tria dixiſti cumulatius explanari per nos oportuiſſe:hoc eſt cur regno Ptolæmeus pulſus.Ro.cōceſſiſſet:poſtulans a ſenatu populoq₃ Ro.ut in regnū reduceretur.Tum aūt cum dicat.Res agitur per eoſdem creditores:per quos cum tu aderas agebat.Creditores ne an potius cōpetitores:ut qdam codices hñt legendum foret.Et q pecuniā Regi crediſſent.Poſtremo ſybille ſortē:q in eā regia non parui momenti erat:haud ſatis aperte explicatam a me fuiſſe q̄q̄ Luca.ſecutus q hæc ſcribat.Haud eqde₃ imerito cumanæ carmine uatis.Cautū ne nili peluſia tāgeret ora Heſpius miles ripaſq₃ æſtate tumētes.Dixiſſem in uerſibus Sybillinis cōtineri miles romanæ ægyptum caue:quo liberali nō & ineruditi hois ſermone motus quotiēs hiſtoriā illorū tporum legerē:curioſe oia perquires:atq₃ obſeruans:q ad id:ꝙ a me q̄ſiuiſſes intelligendū pertinerēt:apud Dionē rerꝝ Romanaꝝ ſcriptorē uberē atq₃ facūdu₃ cām Alexādrini Regis:ut in ſenatu tractata fuit inueni:ſimulq₃ collatis noſtroꝝ ſcriptoꝝ & græcoꝝ hiſtoriis rē ipſam me aſſecutū tibi dixi.Tunc diligentiā noſtrā laudās:ſimulq₃ iis gratulatus:q ſtudioſi epiſtolaꝝ ad Lētu. ſunt:aliud p me expōi uoluiſti in quo me qñq₃ dubitare uidiſti imo ingenue confiteri incōpertum illud nobis eſſe: hoc qd ſenſerit liuius:ubi in primo ab urbe cōdita claſſes atq₃ centurias a Seruio Tullio pro habitu pecuniaꝝ inſtitutas deſcribit: hoc ſubiungēs.Hæc oia in dites a pauperibus inclinata onera:deinde eſt honos additus:non.n.ut ab Romulo traditum cæteri ſeruauerant reges uiritim ſuffragiū eodemq₃ iure ꝑmiſcue oibus datū eſt.Sed gradus facti: ut neq₃ excluſus qſq̄ ſuffragio uidereť:& uis ois penes primores ciuitatis eſſet.Perobſcuꝝ enim eſt quō nullus ſuffragio excluderetur:& uis ois penes primores ciuitatis eſſet:hanc perdifficilē queſtionē quum ſollicitiſſime inueſtigarem ex Dionyſii Alicarnaſei antiqtatum libris:qd uix fieri poſſe putabā:quo pacto fieret cognoui.Soluitur igitur pulcherrima ad agnitionem romanæ hiſtoriæ quæſtio de centuriatis & Curiatis comitiis Sed ne te longius Sanute præfatione remorer:ad Alexandrinum negocium:quo maxime Ci.laborat lentulo gratiam relaturus accedemus. Vale.

Egyptiorum reges a Ptole.lagi filio:q primus Alexandro ſucceſſit Ptolemæi appellati ſunt: quorum nomina atq₃ ex moribus indita cognomina:cum apud ſcriptores græcos leguntur:tum ex ordine ſucceſſionis in ultio geographie libro a Stra.cōmemorantur. Auletes uero ultimus Ptolemeorum flagitioſus traditur utpote qui choraulam exercuerit:atq₃ in regia certamina celebrarit: ad q̄ & ipſe cum aliis concertaturus prodibat huius frater fuit Ptole.alter cui cyprus indicionem conceſſerat. ¶ Vt idem Stra.refert.Hic cum aduerſus Ro. bene de ſe meritos ingratum ſe præberet ſublatus & ipſe eſt.inſula uero a ro.occupata fuit.Sed auletes ad ſtabiliendum regnū pecunias qbuſdam romanorum & proprias & mutuo acceptas ut amicus & ſocius romanorum appellaretur impendit quas poſtea quum ab ægyptiis per uim exigeret moleſtus ciuibus erat tum propter hoc tum ēt ꝙ a romanis Cyprum repetere uolebat q̄ rem Alexandrini iubebant uel repudiata romanorum amicitia & ſocietate.Ergo cum nec eos ut quieſcerent perſuaſiſſet:nec poſſet per uim cogere .peregrinū.n.exercitū non habebat romam ex ægypto profugit:accuſauitq₃ ægyptios ꝙ eum regno expuliſſent. ¶ Contigit aūt ut de eo reducendo ageretur lentulo Spinthere conſule;cui Cilicia mandata fuerat.Interea alexandrini dum ignorarent regem in Italiā ueniſſe:quem mortuū exiſtimabant Beronicē illius filiam in regno conſtituerunt:q̄ primum Cybioſactem maritū cœpit:hunc diebus paucis eiecit:quū eius ignobilitatem illiberalitatēq₃ pati non poſſet.Pro illo alius uenit:q & ipſe ſe Archelaū Mithridatis filiū ſimulabat:q Archelai qdem filius erat:eius q contra Syllam bellū geſſit.Rex aūt Ptolemæus Ro.ꝓfectus:a Pōpe.ſuſcipit:& ſenatui cōmēdai hoc:cū Alexādrini reſſiuiſcēt.centū oratores romam miſerūt:q rñderent criminibus qbus a rege accuſarētur recriminarenturq₃ illum de ui & iniuria qbus eos affeciſſet:quo ꝓcognito q̄uis romæ eſſet:legatis rex inſidiatus eſt:ſubſeſſoribuſq₃ alio atq₃ alio dimiſſis in itinere multos eorum priuſq̄ ro.uenirent interfecit:quoſdam in urbe ipſa tolli curauit:alios perterrefaciens:uel pecuniis corrumpens perſuaſit:ut neq₃ conuenirent & colloquerentur magiſtratus de iis pro quibus miſſi fuerant neq₃ in totum ullam memoriam de cæde aliorum facerent qd negocium occultum fuit.Senatus aūt grauiter rem tulit cām eorum accerrime Marco Fauonio alio agente modo.Nam multi legati ſociorū ro.miſſi per uim perditi fuerant.Præterea non pauci romanorū dona acceperant q non permitterent Dionem q unus erat legatorum in ſenatū ingredi neq₃ mētionem ullam de cæde legatorū quouſq₃ is adeſſet facere.Cæſo uero per dolum Dione neq₃ deo penam Rex dedit.At cum Pom.ut ſupra diximus regem domi ſuſcepiſſet illum hoc facto admodum ſubleuauit cum plurimi aūt inde accuſarentur pauci admodum conuicti fuere tantum acceptio munerum poterat ut ſe inuicem ob proprium quiſq₃ periculum iuuarent & hæc quidem pecuniarum gratia mortales faciebant. Sed principio inſequentis anni Iouis ſimulacro qd in labano erectum erat fulmine icto per aliqd tempus reductio Ptolemæi rep̄ſſa eſt.ſimul ēt ꝙ ſibyllinos uerſus adeuntes hoc aſcriptum inuenere.Si ægypti rex auxilio quodam indigens uenerit ei9 amicitiam ne abnueritis.ſed illum qdem cum multitudine ne iuueritis qd ſi aliter factum fuerit labores & pericula habebitis.Ex hoc conuenientiam uerſuum ad ea q̄ tunc gererentur admirantes q̄cunq₃ prius decreuiſſent reſcidere.Ci. Catoni tr.ple.in primis obtemperantes per quem ſibyllinorum uerſuum ſnīa in publicum uenerat. Nam cum non liceret quicquam ſibyllinorum uerſuum niſi prius ſenatus decreuiſſet in uulgus enunciare Cato ueritus ne ſibyllæ ſors occultaretur ſacerdotes coegit priuſq̄ reſponſum a ſenatu acciperent oraculū ſibyllæ aperire.Poſt hæc uero cum ſnīæ in ſenatu dicerentur cenſerentq₃ qdam reditum regis lentulo Spintheri.ſed ſine exercitu aliī uero rem deferrent Pom. ut eum cum duobus lictoribus reduceret.Pto.cognita Sibyllæ ſententia rogauit ut per Pom. reduceretur.Plutar.uero Canidium tradit rogationem ad tribunos plæbis tuliſſe ut Pompo. ſine exercitu cum gemino lictore:ad Ptole.cum Alexandrinis conciliandum deſtinaretur cui rei non grauiter hæſiſſe uiſus eſt Pomp. ſed ſenatus id omiſit cauſa honeſte reddita ꝙ uiro timeret ſimul etiam ꝙ eo ad rem frumentariam uti uellet:quanquam ut iidem hiſtorici hoc eſt Pompo.& Plutarchus tradunt lentulus Spinter etiam conſul maxime laboraſſe in ꝓfectura annonæ. Pompe.mandaretur tradita illi omni poteſtate terrarum & maris:q̄ Ro.po.parerent hoc autem fecit Spinther ut ad maiorem magiſtratum Pom.promoto ipſe ad regem Pto.auxilio mitteretur.Aulus Plācius in collegio tribunorum recitauit litteras q

bus notabatur Pto.orare ut pro Spinthere Pō.mitteretur.Cum uarias aūt & diſſidētes ſenatoꝝ ſñias Pto.cognouiſſet:
de ſperato reditu epheſum ceceſſit apud deā uicturus Poſtea uero q̃q̃ romani auxiliū abnegaſſent:& grauiter eius lar
gitiones ferrent:reductus eſt & regnū recuperauit.Hoc aūt fecerunt Pō.atq; Gabi.tantū.n.potentia & pecuniæ tunc
ualuerunt:ut pt̃er populi uoluntate:& ſenatus decreta Pō.Gabinio ſcripſerit:quē Syriæ cum exercitu p̃fecerat:ut regē
reduceret:nihil enim curarunt alter muneribus:alter uero gratia de Sybillinis uerſibus.Reus deinde Gabi.factus eſt:
ſed conuinci non potuit tum Pōpeii:tum pecuniæ gratia Sed cum legamus Catonē Rhodi cum eſſet atq; rñſum Pto.
Cypru expectarent altero Ptolemæo ciuibus tunc pulſo:& relicta Alexandria Ro.nauiganti ea ſpe ut Pōpeii & Cæ.
armis in regnum reduceret:cōſilium optimum dediſſe ut domum rediret:& cum ſuis ciuibus pacaret. Dubitabit aliqs
cur Dion tradat Alexādrinos ægre tuliſſe Ptolemæū pati Cyprū occupari a romanis cum rex ipſe uiueret:& inſulā in
ptāte heret.Illud addimus q̃tum tpa ſupputare potuimus:cū Alexādrini de rege eiiciēdo cōſilia inirēt.tūc.P.Claudiū
pulchrū q auctor fuit tollēdi Ptolemæi.in piratas incidiſſe:regēq; rogaſſe ut ſe redimeret. ſed p̃ciū perexiguum de
plæbis creatus Clau.eiicit ut.M.C.in Cyprū mitteret eam ab rege ablaturus.Sed Pto.re intellecta priuſq̃ ille aduen
taſſet:ſeipſum interemit.Ca.inſulā accepit:& regis opes uenūdedit pecunia oī in publicū ærariū relata:ꝙ Luca.ſigni
cat cum dicit.Quod Ca.longinqua uexit ſup̃ æquora cypro Ergo cū iuſſu populi mitteret.Ca.ad pecuniā accipiendā
ſatis cyprus Roma.iperio parebat cū indignitate regni ægyptiorū iureq; Alexādrini iniquo aīo ferebāt iam iſulā:cui
p multos annos.Pto.iperauerat in romanoꝝ iura cedere. Sueto.quoq; ſignificat poſt initā cū Po.ro.ſocietatem Ptole.
Alexādria pulſum.Nā Cæ.laborabat ut ſibi ægyptus ꝓuincia plæbiſcito daretur nactus extraordinarii iperii occaſio
nem ꝙ Alexādrini regē ſuū ſociū atq; amicū a ſenatu appellatū expulerant.Igitur ut ſocius atq; amicus ro.po.Pto.a
ſenatu reduci poſtulabat.nec ſine cā atq; iuſta ſenatus de eo reducendo tractauit:q̃ rem primum a me Sanute q̄ſiuiſti:
q̄ aūt foret uerius ſibyllinoꝝ ſñia:ſatis ſupra demōſtrauimus.Reſtat ut exponamus atq; cōprobemus creditores legē
dum eſſe non cōpetitores.Sed hec ſubiecta Ci.uerba ad.Qu.fratrē cōfirmabunt.Creditores uero regis aperte pecu
nias ſuppeditant cōtra Lentulū ſine dubio res a Lentu.remota uidet̃ eſſe cum magno meo dolore q̃q̃ multa feci.Sed
ualde miror cur Domi.exponēs illud Iuue.Ipſi magna ſonant.ſed tūc cum crediter audit Præcipuæ.inqt.n.creditor q
pecuniā credit debitori.Creditor item cuius pecunia aliqd aliud agit:ut.hoc loco:& apud Ci.res agit̃ per eoſdē credi
tores nugatoris plane hois uerba:q̄ nec arguēda ſunt Nā qd:aliud aliqd creditoꝝ pecunia aduerſus Lentu.ageret nō
intelligo:ſed q pecuniā regi crediderint:ꝙ & tu q̄rendum exiſtimaſti:nihil eqdem ꝙ ex hiſtoria habebatur:inueni:præ
terq̃ ea q̄ de rabirio poſthumo Ci.ſcribit is.n.grandē pecuniā regibus Alexādrinis crediderat:pulſus interea regno Pto.
doloſis conſiliis:ut dixit Sybilla poſtq̃ ſenſit poſthumus romam uenit:huic egenti & roganti hic infœlix pecuniā credi
dit:nec tamen primū.Nam regnanti crediderat abſens:nec temere ſe credendū putabat:ꝙ erat nemini dubium qn is in
regnum reſtitueretur a ſenatu populoq; ro.in dando aūt & credendo ꝓceſſit longius:nec ſuam ſolū pecuniam credidit:
ſed ēt amicorū ſtulte qs negat aut qs non admonet:ꝙ male cecidit bene conſultū putaret.i.difficile ꝙ cum ſpē magnā
ſis ingreſſus:id non exeq uſq; ad extremū ſupplex erat rex multa rogabat:oia pollicebat̃. ut iam metuere poſthumus
cogeretur:ne ꝙ crediderat perderet:ſi credere conſtituiſſet modū:nihil aūt erat rege illo blandius: nihil hoc benignius
ut magis pœniteret cœpiſſe q̃ deſiſtere liceret.Per hæc Ci.uerba conſtat Rabirium ſuam & amicorum pecuniam regi
& in ægypto & poſtq̃ pulſus regno fuit crediſſe:ꝙ conuenit cum eo ꝙ Dion ſcribit regem dum regnaret : romanis
qbuſdam pecunias ſtabiliendi regni gratia mutuo acceptas impendiſſe.Quod aūt largitione regia multi corrupti fuiſ
ſent:& ſupra ex Dione demonſtrauimus.& Ci.idem ſignificat hæc ſubiungens:hinc primum exoritur crimen illud ſe
natum corruptum eſſe dicunt docetq; Ci.ad ſumptum itineris ad magnificentiam apparatus comitatumque regium
ſuppeditatam pecuniam a poſthumio fuiſſe.ergo auſim ego affirmare creditores regios qui Lentulum pecunia oppu
gnarent non alios fuiſſe q̃ Rabirium & eius amicos qui pecunias regi crediderant . Hinc ſuboritur alia dubitatio ſi
rex Ro.uenerat cur ſcribit Ci.Amonium regis legatum aperte Lentuli partes pecuniam oppugnare reſpondemus regē
ut ſupra demonſtratum eſt in conſulatu Lentuli Spintheris.& Qu.Metelli nepotis Romam ueniſſe. illique non inimi
co po.ro.ſenatum datum poſt uero cum uaria decernerentur epheſum conceſſiſſe.& aut romæ legatum Amonium reli
quiſſe aut ex Aſia miſiſſe ad procurandam in regnum reſtitutionem ſcribit in eadem oratione idem Ci.rabirium poſtea
q̃ rex a gabinio reductus fuit in ægypto manſiſſe ut:pecuniam exigeret etiā infra dignitatem ro.nominis.Lentu.uero
conſulatu functus in prouinciam Ciliciam:q̄ ei mandata fuerat conceſſit:ex qua faciſſis erat in ægyptum tranſitus:&
cōmode potuiſſet:ſiue cum exercitu:ſiue ſine exercitu regem deducere.Quare in rege per ſe reducendo multum p ami
cos laborabat:& de creditoribus qdem regiis abunde ut arbitror dictum eſt.Ad cætera iam trāſeamus de uerbis Liuii
Liuianum illud in quo maxime continetur conſuetudo ferendorum ſuffragiorum ad creādos p̃cipue magiſtratus ſatis
cognoſci non poterit:nec explicari:niſi Dionyſii Alicar. libros q de antiquitate romana inſcribuntur adiuerimus.Tu;
q̃ is de ordine & diuiſione graduum in ferendis ſuffragiis tradat:ſubtilius penſitantes cum uerbis Liuii contulerimus.
Magni momenti res hæc quando frequenter apud hiſtoricos & oratores de centuriatis curiatiſque comitiis mentio
fiat.Ignoſcendum autē eſt Blondo foro liuienſi:qui in ſua roma triumphanti de comitiis tractans præterea fere nihil
dixit quæ apud Geli.& Pom.feſtum leguntur qui duo ſcriptores uelut per tranſitum in quo hæc duo comitiorum ge
nera differant delibarunt.Ea dumtaxat uir non indoctus quæ ſuis temporibus cognoſci poterant aperire uoluit quan
quam ex quibuſdam Cice.uerbis ut infra dicemus neſcio quid quod a ueritate non multum abeſt de centuriatis comi
tiis tradiderit nos uero iam explicatus de diſcrimine atque ordine ferendorum ſuffragiorum diſſeremus ſi illud præ
monuerimus ſub regibus quinque hoc eſt a Romulo ad Seruium Tullium belli paciſque munia uiritim facta . Idem
& ſuffragia in comitiis data quod proprium fuit curiatorum comitiorum poſteaquam uero cenſus deſcriptus fuit
diſtributæque centuriæ ad certum numerum oneribus inclinatis a pauperibus in dites hoc eſt ut diuites pro copia
opum & facultatum onera publica ferrent. qui prius conferebant in reipubli. uſum in plures partiti centurias plu
ra ſuffragia ferebant de ordine autem :gradu : ac numero centuriatum magis diſtincte loqui non poſſum quam uer

ba Liuii:q̄ omnia ſubnotauimus. De Tullio ſic ſcribit. Aggrediturq; inde pacis longe maximum opus: ut quemadmodum Numa diuini auctor iuris fuiſſet: ita Serui. conditorem omnis in ciuitate diſcriminis ordinumq;: quibus inter gradus dignitatis fortunæq; aliquid interlucet poſteri fama ferent. Cenſum enim inſtituit rem ſaluberrimam tanto futuro imperio: ex quo belli paciſq; munia non uiriti ut ante. ſed pro habitu pecuniarum fierent. Tunc claſſes centuriaſq;. & hunc ordinem ex cenſu deſcripſit uel pace deorum uel bello. Ex his qui centum milium æris aut maiorem cenſum haberent. lxxx. confecit centurias quadragenas ſeniorum ac iuniorum: prima claſſis omnes appellati ſeniores ad urbis cuſtodiam ut p̄ſto eſſent: iuuenes ut foris bella gererēt. Arma his impata galea clipeus ocreæ lorica omnia ex ære. Hæc ut tegmenta corporis eſſent: tela in hoſtem haſtamq; & gladius additæ huic claſſi duæ fabrum centuriæ: q̄ ſine armis ſtipendia facerent datum munus ut machinas in bello ferrent. Secunda claſſis intra centum uſq; ad quinq; & ſeptuaginta milium cenſum inſtituta. & ex his ſenioribus iunioribuſq; uiginti conſcriptæ centuriæ. Arma impata ſcutum pro clipeo. & p̄ter loricam omnia eadem. Tertia claſſis in quinquaginta milium cenſum eſſe uoluit totidem centuriæ. & ex eodē diſcrimine: ætatum factæ nec de armis quicquā mutatū. Ocreæ tantum ademptæ. In quarta claſſe cēſus quinque & uiginti milium totidem centuriæ factæ arma mutata nihil p̄ter haſtam & uerutum datum. Quinta claſſis aucta centuria triginta factæ fundas lapideſq; miſſiles hi ſecum gerebant. In his accenſis cornicines tibicineſq; in tres centurias diſtributi. Vndecim milibus hæc claſſis cenſebatur: hic minor cenſus reliquam multitudinem habuit: inde una centuria facta eſt immunis militia: ita pedeſtri exercitu ornato diſtributoq; equitum ex primoribus ciuitatis. xii. ſcripſit centurias ſex: item alias centurias tribus ab romulo inſtitutis ſub iiſdem quibus auguratæ erant nominibus fecit. Ad equos emēdos dena milia æris ex publico data. & quibus equos alerent uiduæ attributæ: q̄ bina milia æris in annos ſingulos penderent. Hæc omnia in dites a pauperibus inclinata opera. Deinde eſt honos additus non enim ut ab Romulo traditum cæteri ſeruauerant. Reges uiritim ſuffragium eadem ui eodemq; iure promiſcuæ omnibus datum eſt. Sed gradus facti ut neq; excluſus quiſquā ſuffragio uideretur. & uis omnis penes primores ciuitatis eſſet: equites .n. uocabantur primi. lxxx. inde primæ claſſis centuriæ peditum uocabantur ibi ſi uariaret quod raro incidebat ut ſecundæ claſſis uocarentur: nec fere unquam infra ita deſcenderent ut ad infimos peruenirent. Nec mirari oportet hunc ordinem: qui nunc eſt poſt expletas quinq; & .xxx. tribus duplicato eorum numero centuriis iuniorum ſeniorumq; ad inſtitutam a Ser. Tullio ſummam non conuenire. Hæc fere eadem a Dionyſio traduntur in libro ſeptimo ubi narrat quo pacto damnatus fuit Martius coriolanus: rem tamen ipſam apertius declarat: docetq; qua ratione nullus ſuffragio excluſus uideretur. & uis omnis penes primores ciuitatis eſſet. Nam quotiens populus permittente ſenatu in centuriatā a conſule uocabatur p̄fectus ſacris quibuſdam ex lege campum martium: qui ante urbem erat multitudo conueniebat ſub centurionibus & ſignis poſita ut in bello ferebantq; calculos: non tamen omnes accipientes ſed per ordines quiq; ſingulos; qui ordines centum nonaginta erant in ſex diuiſis claſſibus: ut ſupra ex Liuio demonſtrauimus: quāquam numerus centuriarum ſiue ordinum non contingat hunc numerum. Sunt enim centuriæ. xci. annotatæ. Sed ad p̄ſens negocium hæc numerum diſcrepantia parum facit: niſi forte p̄ter decem & octo centurias equitum: tres etiam a Romulo inſtitutas annumerauerimus. Igitur quotiens nonaginta tres centuriæ idē ſenſiſſent: tunc in ea re de qua agebatur ferendarum ſuffragiorum finis aderat: neq; amplius dabant reliquis centuriis ſex & nonaginta ferendos calculos: quod ſi narraſſent inter ſe primæ claſſis centuriæ: q̄ numero erant nonaginta octo connumeratis in eis decem. & octo cēturiis equitum: tunc ſecunda claſſis q̄ erat duarum & uiginti centuriarum uocabatur & tertia claſſis ac deinceps reliquæ: donec idem ſeptem & nonaginta centuriæ ſentirent. Sed perſæpe certamina dignitatum & magiſtratuum finem per eas centurias: q̄ primæ uocatæ erant accipiebant ita ut non eſſet opus amplius in aliquo ultimis. Raro autem ita res uariabatur ut ad ultimum uſq; ſuffragium procederetur. Liquido de his dionyſii uerbis patet quomodo nullus excluderetur ſuffragio: cum omnes centuriæ in campum martium prodirent & ius omnium foret ad ferenda ſuffragia: uis autem ipſa penes primores maneret hoc eſt quotiens non uariaſſent: quorum tamen ſuffragia nunquam adeo uariabantur: ut neceſſe eſſet admittere infimæ ſortis homines. Hic fortaſſe quæres cur tantum ſeptem & nonaginta centuriæ certamina campi deciderent: ad quod dicimus hunc morem habuiſſe romanos: qui & etiam ab Athenienſibus: ut Auguſtinus ſcribit ſeruatus eſt: ut in iudiciis quotiens pares eſſent ſententiæ iudicum reus abſolueretur. In creandis uero magiſtratibus. & in certaminibus campi: quia paria non poterant eſſe ſuffragia: q̄ omnia numero erant. cxciii. ubi primum ultra dimidium uentum erat ſtatim finis imponebatur. Ergo nonaginta ſeptem finem ſtatuebant: cum tranſcenderent dimidium. & hæc erant centuriata comitia in quibus ſuffragia ferebantur: ex cenſu & ætate quia centuriæ erant diuiſæ bifariam ſeniorum ad urbis cuſtodiam. & iuniorum qui foris bella gererent. Et quia romanus populus his comitiis nō multum aberat ab inſtructo exercitu: pro militari munere diuiſus erat: ideo dixit Aulus Gellius centuriata comitia intra pomerium fieri nefas eſſe: quia exercitum extra urbem imperari oporteat. Intra urbem imperari ius non ſit: propterea centuriata in campo Martio haberi exercitumque imperari: p̄ſidii cauſa ſolitum: quoniam populus eſſet in ferendis ſuffragiis occupatus. Præterea idem auctor tradit maiores magiſtratus comitiis centuriatis fieri Cice. quoque: quod & Blondus notat: Lucium Murenam defendens ambitus in petitione conſulatus accuſatum inter alia argumēta hoc uno potiſſimum uſus eſt. Murenam forma omnium grauiore delectum fuiſſe illo die: quo auſpicato comitiis centuriatis Lucium murenam conſulem renunciauit. Erat enim grauiſſima forma comitiorum: quorum uis omnis penes potentes eſſent. Curiata uero comitia: q̄ per lectorem curatim calabantur ideſt uocabantur ex promiſcuo ſuffragiorum genere conſtabant. Hæc enim ab Romulo & reliquis regibus inſtituta fuere: omniſque Roma. Popu. ad curiatam concionem uocatus in forum conueniebat. finibuſque quibuſdam loca fori concludebant: in quibus ſingulæ curiæ ſeparatim tanquam in ſeptis ſiſtebantur uiritim ſuffragia laturæ. & fere plæbiſcita & leges curiatis comitiis rogatione e trinundinum facta ferebantur. In ueſtra autem Ariſtocracia ferendorum ſuffragiorum hic ordo non habetur. In deſignandis autem magiſtratibus quotiens uniuerſa concio in atrium ampliſſimum coit: per ſubſellia partiti patritii ad ſortem electionis p̄ ut ſors exierit citantur quæ diuiſio ſubſelliorum habet quippiam ſimile uocationi tribuum per ſepta diſcretarum. Et quotiens dux creatur: quia magiſtratus ille ſummus eſt. & perpetuus. Vnus & quadraginta uiri miro ordi-

ne:& quod uix fieri poſſet uidetur ſorte & conſilio delecti ſtatutum modum ſuffragiorum:habent nam qui prior quin que & uiginti ſuffragiorū puncta tulerit:is ſtatim dux ſalutatur.difficiliuſq; eſt ad hunc numerum peruenire:q̄ in generali contione ut dicitis mille ſuffragia tuliſſe qd.ſ.grauiore iudicio:& maturiore conſilio res tanta geratur.Differunt ēt ſuffragiorum qualitates.Nam in quem plura puncta e duobus aut quattuor competitoribus collata fuerint:is magiſtratui deſignatur:q̄ lex in curiatis comitiis Ro.ſeruabatur.Aſt in duce creando contentio ſuffragiorū non admittitur hoc eſt qs plura tulerit:ꝙ in centuriatis comitiis ſeruabatur.Nam cū candidatus qſpiam ſiue is conſulatū:ſiue pturā aut qſturā peteret.vii.&.xc.de qbus ſupra diximus ſuffragia accepiſſet:illico deſignatus habebať. Patauii ſi licet maximis minima cōponere:in creando eo magiſtratu q̄uis inter ſcolaſticos dicat ueſtigia q̄dam curiatorū & centuriatorū comitiorū apparent.Nam ſacrarum legum ſtudioſi per nationes quaſi centuriatim diuiduntur:tamen unaq̄que nationum delegit:cui poteſtas pro oī gente ferendi ſuffragii datur:q uero liberalibus artibus atq; philoſophiæ incumbunt uirium latis ſuffragiis rectorē:ſic.n.is appellať:creant.Et qa de comitiorū rōne multa diſſeruimus:ptereundo non uidetur qd eſſet progatiua ſuffragiorū:& q̄ progatiuæ tribus atq; centuriæ dicerentur.Pædianus ait progatiuas tribus eē q̄ primæ ſuffragiū ferunt ante iure uocatas.Mos.n. fuerat quo facilius in comitiis concordia populi firmaretur:bina domo de iiſdem candidatis comitia fieri quorū tribus primæ progatiuæ dicebant:quos uellent cōſules fieri.Scdæ iure uocatę ꝙ in his ſequente populo:ut ſæpe contigit progatiuarū uoluntate iura oia cōplerentur hæc elegantiſſimi & nobiliſſimi interpretis uerba:ut plenius & melius intelligant aliqd a nobis addendū uideť:quantū ex Li.& reliqs hiſtoricis.ubi progatiuæ mentio fit conicere poſſum⁹ iure uocatæ tribus & centuriæ dicebanť:q̄ iuſſu conſulis:aut tribunorū in contionē ueniebant.Hæ ad ferenda ſuffragia uocabanť:ut ſupra diximus.Sed anteq̄ ad ſuffragia citarenť nōnunq̄ ſermo in populo habebať de dignis indignis ue:ut fierent Cæteri diligētiores ad ſuffragia de his ferenda:& plerūq; is cādidatus dignitatē conſequebať:in quē ſermo populi inclinaſſet:diligentius qn̄q; mecū cogitaui:an in neſtra rep.ppotenti & recte inſtituta aliqd gerať:ꝙ aliq̄ progatiuæ ſimilitudinē referat:tandē dephendi eos magiſtratus q per ſcrutiniū deſignanť.quodāmodo progatiuæ more deſignari Nam ſunt pfectulæ q̄dam in urbe:q̄ ſcrutinio patrū deſignatæ:mox uniuerſo patriciorū ordine conſentiente conferunť:& fere ꝙ patribus placuit:hoc uniuerſa contio ſeqtur atq; confirmat:ſiue leges ferantur ſiue magiſtratus demandenť.Eſt tamen aliquādo ut diuerſa a patribus & a ſenatu contio ſtatuat hinc exiſtimamus ꝙ Romani in democratia progatiuā dixerunt id noſtris tpibus. Venetos in ſua Ariſtocratia ſcrutiniū appellare:& ut ſemel dicā ꝙ ſentio qcquid ſuffragiis uniuerſalis contionis confirmandum atque ratificandū eſt q̄uis rogati patres id decreuerint:progatiua ſenatus factū dici poteſt.Ad noſtram ſniam tum confirmandam tum apertius declarandam q̄ Li.in.xxi.li.ſcribat ubi de Annibale loqtur ſubnotauimus.Quin progatiuam militarem q̄ ex templo iuuenis Annibal intra ptorium delatus imperatorq; ingenti oium clamorem atq; aſſenſum appellatus erat fauor ēt plebis ſequebať.Prærogatiuam militarē intelligimus ingentem oium clamorem atque aſſenſum militum cum Annibal appellatus eſt imperator:q̄ mox plæbs ſequereť.q̄ ēt ſuo ſtudio:ſuiſq; ſuffragiis illū imperatorem exercitus factura erat. Tertulianus itē in apologetico.Liberius ergo cuius tpe nomen xpianum in ſæculum introiuit annunciatū ſibi ex Syria palæſtinæ q̄ illic ueritatē illius diuinitatis reuelauerat: detulit ad ſenatū cum progatiua ſuffragii ſui.Senatus qa ipſe non probauerat reſpuit qd.n.fuit progatiua ſuffragii Tiberii nēpe qa prius ille decreuerat Chriſtū noſtrum Deum haberi.Locus hic poſcere uidetur:ut de promulgatione legū pauca diſſeramus Nā leges ipſe trinūdino ferri ſolitæ erant:nec alio mō ritæ a iure latæ dicebanť niſi trino promulgatæ nundino.Ergo qd eſſet trinundinum prius dicendū uideť.Priſci romani ut Varro & Dionyſius auctores ſunt annū ita diuiſerunt ut nonis mō dieb⁹ ꝙ in agro uerſarenť in aliquo opere faciendo urbanas res uſurparent reliqs ſeptem ut rura colerent de quo dic intelle xiſſe mihi uideť.Oui.in faſtis cū ait.Eſt quoq; nono ſemp ab orbe redit.Ergo nūdinis ruſticæ tribus in urbem uenientes permutationes faciebant rerū uenaliū liteſq; cōponebant & de publicis quorū erant ex lege Domitii:& q̄ pmitteret ipſis ſenatus ſuffragia ferētes ea ſanciebant.Tūc Tribuni maxime plæbis legē promulgabant diēq; ſtatuebant tertii fori ſiue trinūdini.Nā primo foro legebať lex Itidē ſcdo foro aſt tertio foro cū turba ex agris ueniſſet:rogatio fiebat & pco ſubiiciēte ſcriba uerba legis populo recitabat.Tūcq; populus ſanciebat.Ergo primo & ſecundo foro uelut binundino lex promulgabať:hoc eſt ut exponit Pō.Feſtus in uulgus edebať eſt.n. promulgare quaſi prouulgare:& ut dilucidius rem oñdamus tpe promulgationis licebat intercedere:cū uero lata eſſet nequaq̄:q̄ rem ſignificat Cicero in prima Antonianarū hæc dicens aduerſus leges duas.quas Antonius poſt Cæſaris mortem promulgauerat. hoc eſt de tertia decuria iudicū.Et ut de ui & de maieſtate damnati ad populum prouocarent ſi uellent ait.n.ac de his tamen legibus q̄ promulgatæ ſunt ſaltem q̄ri poſſumus:de his q̄ iam latæ dicuntur:ne illud quidem licuit Illæ.n.nulla promulgatione latæ ſunt anteq̄ ſcriptæ:quid eſt ergo quod dixit nulla promulgatione latæ ſunt nempe ꝙ trinūdino populo recitatæ non fuerunt nec licuit illis obſiſtere:aut contradicere:uel ut magis proprie intercedere. Vnde paulopoſt ait loquor de legibus promulgatis:de quibus eſt integrum uobis demonſtro uitia tolite.denuncio uim:arma remouete hanc ferendarū legum conſuetudinem maiores quoque ueſtri Sanute optime in Ariſtocratia inſtituerunt.Nam quotiens grauior quedam res tractanda inciderit:de ea prius in curia ſanctiſſima patres rogantur aliquot dierum deliberatione permiſſa. Poſtea uero ſenat⁹ decretum ſuper ea re fit:prout cenſuerint prudentiſſimi uiri:mox uero q̄ ſenatus decreuit ad concionem uniuerſalem delata ſciuntur ſiue ſantiuntur ſi tamen illud diuulgari licet : quod ſuperiore anno factum uidimus. ſibi lex ſumptuaria lata fuit de moderando pcipue mulierum ornatu. Ea enim lex primum ad patres per principes ſenatus relata fuit quam hi mox cum progatiua ſuorum ſuffragiorum concioni demandarunt: que patrum decreta magno ſtudio ſciuit.

## POLITIANVS

¶Quā multa in epl'is familiaribus q̄ nūc hn̄tur Ciceronis ppoſtera:tū quē in ordinē reſtituendæ. Cap.xxv.

Actus ſum Ciceronis epiſtolarum familiarium uolumen antiquiſſimum:de quo etiam ſupra dixi tum ex eo ipſo alterum deſcriptum ſicuti quidam putant Franciſci Petrarchæ manu.Deſcriptum aūt ex ipſo liquet multis argumentis quæ nunc omiſerim.Sed hic poſterior quem dixi codex:ita eſt ab indigente bibliopola congluti

tinatus:uti una tranſpoſita paginarum decuria:contra quam notata ſit numeris dephendatur.Eſt autem liber in publi
ca gentis Medicæ bibliotheca.De hoc itaque uno quantum coniiciam cuncti plane quotquot extant adhuc epiſtola
rum earundem codices:ceu de fonte capiteque manarunt:inque omnibus pполterus & peruerſus lectionis ordo : qui
mihi nunc loco reſtituendus:quaſique inſtaurandus.Quare adhibe q̄ſo animum:quicunque liberalis has litteras am-
plecteris.Igitur in libro Octauo Cælii epiſtola ad Ciceronem:ſic incipit.Certe inq̄ abſolutus eſt me repſentante pnun
ciatum eſt.& quidem omnibus ordinibus:ſed & ſingulis in uno quoq; genere ſententiis. Vide modo inquis hucuſque
ordo nondum interpellatus.Quæ autem ſtatim ſequuntur uerba.Litteris oſtenderis.& cætera:diuerſa prorſus a ſupe-
rioribus atq; alterius epiſtolæ inuenias.Perge porro:ab ea ipſa epiſtola deinceps numerare ſequentis ad eam q̄ ſit q̄r
ta & uigeſima:cuius ita principium:non me hercules.Nihil unq̄.n.q̄ cum superiore cōtinuatur.Vt legas ita .Certe inq̄
abſolutus eſt me repſentante pronunciatum eſt.& quidem omnibus ordinibus:ſed & ſingulis in uno quoq; genere ſen
tentiis.Vide modo inquis.Non me hercules:nihil unq̄.n.atq; ita reliqua ſubtexe:donec ab hac ipſa:quam diximus al
terius eſſe epiſtolæ perueneris ad ſequentem decimam:cuius hoc initium.Sic tu inquis Hircium quã couſq; lege dum
in uerba hæc incidas.Si ullã ſpẽ:q̄ ſimul offenderis.Totũ hoc delebis.Aut in tecto uicini cætera mihi pbabunt.To
tũ hoc inq̄ delebis aut induces:quoniã aliena plane huic loco.Mox denuo recurres ad ea q̄ poſita perperã ſunt in illa
Cælii:de qua primitus dictũ:atq; ita cōtinuabis lectionẽ.Si ullã ſpẽ litteris oſtenderis ita tracti legẽs ad epiſtolã per
uenies tertiã ab hac & uigeſimã ſic uidelicet incipie itẽ.Duabus epiſtolis rñdebo:clauſamq; hoc fini.Si.n.nihil ẽ in pa
rietibus aut in tecto uicini cætera mihi pbabunt.Poſt eamq; ſtatim conſequi debet epiſtola q̄ nunc ab illa undecima :
ſic ordinans.Delectauerunt me tuæ litteræ.Cōprobat hunc ordinẽ quẽ poſuimus non ſolum codex uterq; : uel ille an
tiquus uel hic ex eo ſtatim natus a quo cæteros quoq; oīs bibliopolæ uitio deprauatos liquet.Sed intellectus etiã ſen
ſuſq; ipſe luce clarior ſic ut acutius inſpicienti quicquid uſq̄ prorſus obſcuri eſt ambiguiq; tollatur.

¶Verba in Ciceronis epiſtola ex enni medea de græca euripidis. Cap.xxvii.

c Icero in epiſtola ad Trebatium.Hoc tibi tam ignoſcemus nos amici:q̄ ignouerũt Medeæ q̄ corinthũ arcẽ
altam habebant:matronæ opulentæ optimates:quibus illa manibus gypſatiſſimis perſuaſit:ne ſibi uitio ille
uerterent quod abeſſet a patria.Nam multi ſuam rem bene geſſere & publicam patriam procul. Multi q do
mi ætatem agerent:propterea ſunt improbati.Nemo ex his quorum edita ſit ſententia ſuſpicatus eſt adhuc non eſſe
iſta plane Ciceronis uerba:ſed poetæ alicuius magis:cui liceret uti uocib⁹ illiuſmodi figuriſq;:ceu ſunt illa q̄ corinthũ
arcem altam habebant.& matronæ opulentæ optimates:neq; ſaltem hoc uiderunt:iambos adhuc in his uerſibus ex
tare integros duos:aliorumq; quaſi diſcerpta membra ueluti noſcitari.Nos hæc ex enni Medea uerba eſſe collegim⁹:
non quidem ſuo prorſus ordine.ſed quo commodiſſimum Ciceroni fuit allegata.Nam cum de græca euripidis uerſã
ab ennio Medeam in latinum cognouiſſemus ſententiam protinus horum uerborum:de ipſa nimirum euripidis tragœ
dia:quando illius Ennianæ iacturam fecimus:libuit aucupari.Sic igitur in ea fabula cum matronis corinthiis loquẽs
inducitur Medea uti perſuadeat non ſibi uerti uitio oportere quod abſit a patria . Quando multi inquit honeſti etiam
procul a patria:multi contra domi fuerunt inglorii.Nam male audiebãt peregrinæ fœminæ:unde illud comicũ. Adeon
eſt demes:ex peregrina.Similiter taceri poſſe ait pameno:ſamiam fuiſſe Thaidis matrem : tunc athenis uictitantis .
Verſiculos autem euripidis ipſos ex Medeæ perſona neqs fortaſſe deſideret.hic adſcribemus.κορινθίαι γυναῖκεσ
ἐξῆλθον δομον μὴ μοίτι μέμφησ θοῖ δα γὰρ πολλουσ βροτων σεμνουσ γεγωτασ τουσ μεν ομ
ματων απο τουσ δ' ενθυραιουσ οι δ' αφ' ησυχου ποδοσ δυσκλειαν εκτησαντο και ραθυ
μιαν.Quod autem diximus poetam ennium de græco uertiſſe tragœdiam.Euripidis Medeam partim de uerbis Ci
ceronis coniectamus:qui ſic ait in primo de bonorum malorumque finibus.Quis enim tam inimicus pene nomini ro
mano eſt:qui enni Medeam:aut Antiopam pacuuii ſpernat aut reiciat.Qui ſe iiſdem euripidis fabulis delectari dicat:
latinas litteras oderit:partim etiam:quod ennianæ tragœdiæ principium multis locis ut a Quintiliano uolumine quin
to:ut a Cicerone in libro de fato:ut itẽ ab aliis auctoribus idẽtidem citatur:ſed nuſquam tamẽ longiore tractu q̄ in rhe
torico ſecundo eiuſdem Ciceronis ad Herennium.Quod hic ex codicibus uariis emendatum ſubſcribimus : ut illuſtre
tur obſcuritas locis aliquot in lingua latina oboriens:quotiens unus aut alter de eius tragœdiæ principio uerſus allega
tur:ſuppræſſo auctoris nomine:ſimulque intellectu ſuſpenſo.Locus ipſe apud Ciceronem ſic eſt. Ne ennium inquit &
cæteros poetas imitemur quibus hoc modo loqui conceſſum eſt . Vtinam ne in nemore pelio ſecuribus Cæſa . accidiſ
ſet abiegna ad terram trabes.Ne ue inde nauis inchoandæ exordium Cœpiſſet . q̄ nunc nominatur noĩe Argo.qua ar
giui uecti delecti uiri petebant illam pellem inauratam arietis Colchis imperio regis peliæ per dolum . Nam nun
quam bæra errans mea domo efferret pedem Medea animo ægro amore læuo ſaucia.Eſt autem trabes in uerſiculo ſe
cundo ſingularis numeri quemadmodum & Priſcianus legit libro ſeptimo . Vetuſtiſſimi enim ut ipſe inquit etiam
trabes pro trabs proferebant.Euripidis uero tragœdiæ principium ſi cum ennianæ conferas : feceris arbitror operæ
pciũ quod & ſubnectam.εἴθ' ὤφελ' ἀργοῦσ μὴ διαπτάσ θαι σκάφοσ κόλχων ἐσ αἶαν κυανέασ
συμπληγάδασ μηδ' ἐν ναπαισι πηλίου πεσ εἶν ποτε τμηθεῖσ α πεύκη . μηδ' ἐρετμῶσ
αἰ χέρασ ἀνδρῶν ἀρίστων οἳ τὸ πάγχρυσον δέροσ πελίᾳ μετῆλθον οὐ γὰρ ἂν δέσποι
ν' ἐμὴ μήδεια πύργουσ γῆσ ἔπλευσ' ἰωλκίασ ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' ἰάσονοσ.

¶Panici terrores qui uocentur eoque locupletiſſimi citati teſtes. Cap.xxviii.

i N Ciceronis epiſtola ad Tironem.q̄ poſita in extremo familiarium uolumine ſic ſcriptum eſt . Et ſi Atticus
noſter qui quondam me commoueri πανικοῖσ intellexit idem ſemper putat nec uidet quibus præſidiis
philoſophiæ ſeptus ſim . Hercle quod timidus ipſe eſt . θορυβοποιεῖ . Panica uocantur.ut arbitror a græ
cis repentini quidem terrores.& conſternationes.quales utique lymphatici metus uſque adeo irreuocabiles.ut non ra

tione modo:ſed mente etiam careant.Quo item uerbo Cicero idem utitur in epiſtola ad atticum lib.v.Scis enim inquit quædam πανικα dici.Facit item Hyginius de panico terrore mentionem quo loco de Capricorno:his uerbis.Hic enim dicitur cum Iuppiter titanas oppugnaret:primus obieciſſe hoſtibus terrorem:qui panicos dicitur : ut ait Aratoſthenes. Panici
Quam fabulam & Germanicus innuit in Arateo commentario.Euripides in Medea ſic ait. και τισ γερα ιαπροσ πολων δοξασ ανουη πανοσ οργασ ητινοσ θεων μολευγονολυτι.Panos autem uocat iras Euripides:ſicuti eſt apud antiquiſſimum ipſius interpræte τα πανικα δειματα:ideſt panicos terrores οτι την του αιφνιδιων φοβων και ταραχων αιτιαν τω πανι ανατιαν θεασιν. Quoniam inquit repentinorum terrorum:& conſternationum cauſam:deo pani tribuunt.Et apud Synæſium in lib.de prouidentia ſic inuenio ferme:και πανικοι θορυβοι μεθημερα του στρατευματος κατελαμβανον. Et panici tumultus interdiu exercitum occupabant.Quo loco ampliter etiam cuiuſmodi eſſent hi deniq; terrores explicatur. Quin interpres etiam neſcio quis ita uerba hæc ipſa Synæſi enarrat:ut panicos appellari terrores dicat:cum repente in exercitu uiri equiq; perturbantur nulla comparente cauſa.Solent enim inquit fœminæ ui numinis inſtinctæ panus orgia clamoribus concelebrare:quibus utpote repentinis metu audientes afficiantur. Sed & nicetes Chomiates non aſpernabilis omnino inter græcos auctor:panicorum meminit phantaſmatum in oratione quapiam ſua.Theon quoque Arati poetæ interpres.Militaſſe ait pana deum aduerſus Titanas:primumque eum uideri concham illam tortilem & turbinatā qua pro tuba utuntur inueniſſe:quæ græcæ Cochlos appellatur factumque ipſius opera:uti ſe armandi ſociis interim fieret copia:dum ſonitu quocunque illo qui panicos uocatur:in fugam Titanes agebantur.Sed & nonnus poeta Dionyſiacon decimo furentem deſcribens Athamantam nunc inſano panos flagello furiatum ait: nunc intra ipſius aures bōbū illum imonuiſſe panici ſaturni flagelli:uerba ita ſunt.οεστρηθεισ αταμασ μανιωδει πανοσ ιμασθλη. Et item δειδε οι ενδον ακουησ πανιαδοσ κρονιησ επεβομβει δουποσ ιμασθλησ. Quo āt nſic piaculo Valeri Flacci pulcherrimos poetæ uerſus taceā ſup hoc ipſo poſitos in libro argonauticon tertio. Dant inquit:æthere longe.Signa tubæ:nos & mediis emiſſa tenebris.Hoſtis habet port? ſolſti rediere pelaſgi.Rupta quies:deus ancipitem lymphauerat urbem.Migdoniæ Pan:iuſſa ferens ſæuiſſima matris.Pannemorum belliquepotens:quem lucis ab oris Antra tenent:patet ad medias per deuia noctes Setigerum latus.& toruæ coma ſibila frontis.Vox omnes ſuper una tubas q̄ conus & enſes.Qua trepidis auriga totis nocturnaque muris.Clauſtra cadunt: taliſque metus nō martia caſſis:Eumenidūq; comæ non triſtis ab æthere Gorgo.Sparſerit aut tātis aciem raptauerit umbris.Iudus & ille deo pauidum præſepibus aufert.Cum pecus & profugi ſternunt dumeta iuuenti. Quin libro etiam ſexto apud eundem barbarus quiſpiam ad terrorem incutiendum ſimulachra panos prætulit. Hiſpidus inque dei latuit terrore lycei.Sed & Sozimus hiſtoriæ græcus auctor in libro tertio monſtroſo aſpectu quempiam apparuiſſe pellitum dicit Albanis romaniſque prælium commiſſuris.Etenim deum pana belligerum fuiſſe uel ex argumento nonni cognoſcimus: uel ex Theocriti fiſtula.nam in ea ſunt iſta quoque uerba de Pane deo. ουαιθε παροσ φρενασ τερμασ σαοισ.Eundemq; fuiſſe atheniēſibus auxilio contra Perſas cum alibi legimus:tum in ea ipſa quam diximus fabula his οσσ βεσ εν ανορεανισ αυδεα πανι προνουτυρι ητα φειλατο.uerbis.

Vitioſe quæpiam in epiſtola Ciceronis:deque uocabulo quod eſt Sciamachia. Cap.xxxiiii.

Vſticum nimis & illepidum ſordidumque adeo plane uocabulū Ciceronis epiſtolam occupauit:eam quæ eſt ad Brutum iſto principio Mirabiliter mi Brutæ lætor.ſic enim in ea legimus me æque ille uæhementes contētiones tanquam ſcientia adnihilate eſſe uideantur.Quod quidam tamen hactenus corrigunt - ut dicant tanquam ſi iam annihilatæ eſſe uideantur.Conſulant quæſo eruditi peritiq; idoneorum uerborum ueterumque lectionū conſulant ſuum quiſque iudicium ſenſumque.ac tum demum credere audeant annihilatas contentiones ſcriptum fuiſſe a Cicerone.Nos in codicibus duobus medicæ familiæ quorum ſupra quoque fidem allegamus mendoſe id etiam. ſed tamen ut erroris adhuc ueſtigium non ſit oblitum.ſic reperimus tā quæ ſciamachalaæ eſſe uideantur. Quare ſuſpicamur legendum Sciamachiæ.Sunt enim Sciamachiæ nihil ſane aliud quam umbratiles pugnæ.Sentit enim Cicero hoc utique frigere iam ſe plane in ſenatu non ſuccedentibus Bruto rebus ſuaſque illas uehementis contentiones ſciamachias uideri.Vocabulum ipſum perquam eſt elegans apud grecos.& magnopere uſitatum.Quin.Galienus quoq; medicus in libro ſecundo υγιεινων ſic ait μεταβαινειν δε καιροσ επι τα ταχεα χωρισ ευτονιασ Sciamachia
και βιασ δρομοισι ταυτα και σκια μαχιαι. Interceleres exercitationes q̄ tamen attente uiolenteq; non ſunt.& curſus adnumerat.& ſciamachias. Denique uel Euſtathius i odyſſeæ commentario rhapſodiæ tertiæ.de uerbo eo ſic meminit.ομοιωσ δε και το μενυμοσ κιαμαχου μεσσαφαυτ αον δηλοι ουδει ου μεν τοι και το συνθετον σκιομαχειν.Et.M.Varro ſatyrā unā e ſuis illis mēippeis ſciamachiā iſcripſit.Hæc enim eſt apud Gellium uera ex antiquis exemplaribus lectio non ut quidam etiam ſcribunt Criomachia. Quin paulo etiam ſupra in epiſtola eadem Ciceronis uocabulum alterum quod eſt οργανον de græca ſcriptura deprauatū migrauit in latinam.Nam pro eo quod erat οργανον factum iam optanon.Neque autem hoc quoque ab ullo hactenus animaduertitur.Quare ſic legeris.Plane iam Brute frigeo.organon enim erat meum ſenatus. ut quo pro organo Cicero proque inſtrumento utebatur.

Quod erat in Ci.epiſtola uocabulū philotheoron corruptū de in improbe in nomē quod eſt philoctetē. Cap.lxxxvii.

N Ciceronis epiſtola ad Trebatium cuius initium.in equo troiano ſcis eſſe in extremo ſero ſapiunt. ita ſcri Organō
ptum fere cunctis exemplaribus inuenitur.Deinde quod in britannia nō minus q̄ Philoctetem te pbuiſti pla Philo
ne non rephendo.Diu me torſeram maceraueramque eliciendo ſenſu de uerbis his:neque procedebat.Quor thetus
ſum enim de Philoctete hic.Sed enim poſtea codicem illum uetuſtiſſimum laurenti medicis opera ſum nactus quem & ſuperius citaui minus multo q̄ cæteri deformatum inquinatum peruerſum conturbatum.nam in eo ſic erat.Deinde qd̄ in britannia non minus Philotheorum te p̄buiſti plane non rephendo.nam Philotheorus is eſt qui ſpectationum ſtudioſus quam rem ſe Trebatius in britannia p̄buerat,dum p̄lium fugitans ocioſe aſſerit in armis mediis.Ex quo Ciceroni materia ioci & cauilli.

# Iacobi Crucii Annotamenta in epiſtolis quibuſdam familiaribus. M. T. Ciceronis.

In epiſtolis familiaribus. M. Tullii. C. plæraq; mẽdoſa ſunt: ex quibus paucula: ne penitus diſſimulare uideamur: breuiter percurremus. Et hoc potiſſimum in ſecundo uolumine: quod utpote a iuleſcentulis conducibile plæriq; omnes grãmatiſtæ profiteri: atq; enarrare aſſolent. Vt igitur ludi magiſtris nec minus iuuenculis: aliqua ſaltem pro parte proſimus: paucula hæc minutula: cæterum neceſſaria curſim annotabimus.

¶ In epiſtola cuius initium. Raras tuas quidem &c. Clauſula eſt. Quoniã κωμικοσ μαρτυρ accidit: ut opinor: phania: per quam commendatur facetus: & elegãs libertus appii phania nomine: cuius dexteritatem & prudentiam commendat epiſtola prima uoluminis tertii. Cæterũ complura in octauo ad ſenſum declarationemq; epiſtolæ huius facientia diligens lector inueniet: ea præſertim epiſtola: cuius initium eſt: Nõ dubito quin perlatum ad te ſit &c. unde ueternus ciuitatis legendum: non ueteranus. In calce præterea huius epiſtolæ locum ita corriginius emendamuſq;. Mihi erat in animo. Quoniam iuriſdictionem confeceram: ciuitates locupletaram: in publicanis etiam ſuperioris luſtri reliqua ſine ſociorum ulla querela conſeruaram: in priuatis: ſummis: infimis: fueram iocundus: proficiſci in ciliciam.

¶ Epiſtola: quæ incipit. Non potuit accuratius agi: ſic legitur: ꝙ is: qui erat competitor tuus: & idem meus: aſſenſus eſt ei: qui ornauit res noſtris diuinis laudibus. Duo hic exponenda. Quis iſte fuerit competitor: necnõ qui laudibus res ipſas Ciceronis ornauerit. Competitor igitur accipiendus eſt quidam Hirius: Ciceronis uero laudator & ornator Cato. quippe qui honorifice de Cicerone uerba fecit: quam rem colligimus ex epiſtola Octaui. Cuius principium eſt. Non diu ſed acriter nos tuæ ſupplicationes torſerunt: nec non in epiſtola libri. xv. ad Catonem: cuius principium ẽ Summa tua auctoritas fecit.

¶ De ocella parum ad me ſcripſeras: quia & hic hæret ĩterpres: quis nam fuerit ocella: dicimꝰ: ꝙ hic appellatus eſt ſeruius ocella: qui olim deprehenſus eſt in adulterio: de quo Cælius ad Ciceronem in. viii. ſic loquitur. Seruius ocella nemini perſuaſiſſet ſe mædium eſſe: & in ea quæ incipit. Putares ne accidere poſſe: clauſula eſt: ſed tamen ſedulo fit & in primis a patiſco. Patiſcus nomen eſt perfecti uenationis: cuius Cicero meminit ad atticum epiſtola quadam.

¶ In. vii. ad Trebatium epiſtola quæ incipit. Accepi aliquot epiſtolas: clauſula hæc uulgo ſic legitur. Illud miror: qui ſolet eodem plures dare: q̃ qui ſua manu ſcribit: nunc quod in palimpſeſto. ubi credimus ſic emendari poſſe. Illud miror: qui ſoles eodem exemplo plures dare: q̃ qui a manu ſcribit: nũc quod in palimpſeſto: ſubaudi ſcribas: iocuſque uidetur in Trebatium perinde ac ſterilem: ac ieiunum oratione & inuentione. Hicq; ſenſus & ordo exiſtet. Illud miror: quod tu Trebati: qui ſoles plures epiſtolas eodem argumento: ac pene exemplo dare: q̃ libertus amanuenſis: nunc quod ſcribas in palimpſeſto. i. in tabella iterum raſa: perinde ac ſcedulæ parſimonia labores: eloquentiæq; noua ubertate diffloreas & abundes.

¶ Illud quoque prætereundum haud arbitror: quod in ſeptimo epiſtolarum eiuſdem Ciceronis ad trebatium his uerbis ſcribitur. Quomodo placebit tibi iouem lapidem iurare? De ritu enim lapis eſt aliquid ſcribendum. Ita ergo loquitur Pompeius. Lapidem ſilicem tenebant iuraturi per iouẽ hæc uerba dicentes: ſi ſciens fallo me dieſpiter ſalua urbe: atque bonis eiiciat: ut ego hunc lapidem. Polybius uero multo diffuſius morem hunc his uerbis ſignat:

Ritus lapidis huiuſmodi fuit. Fœcialis ſumpto in manibus lapide poſtquam de fœdere inter partes conuenerat: hæc uerba dixit. ſi recte: ac ſine dolo malo hoc fœdus: & hoc iuſiurandum facio: dii mihi cuncta fœlicia præſtent: ſin aliter: aut ago: aut cogito: cæteris omnibus ſaluis in propriis patriis: in propriis ſedibus: in propriis laribus: in propriis templis: in propriis ſepulchris: ſolus ego peream: ut hic lapis e manibus meis exidet: nec plura locutus lapidem de manu deiecit.

¶ In eodem uolumine epiſtola hoc initium habet. Preſæpe mihi cogitanti de communibus miſeriis: i quibus tot annos uerſamur: Et ut uideo uerſabimur: ſolet uenire in mentem illius temporis recordatio: Verbum hoc nouiſſimum expungendum putamus. Nam uenire in mentem ueteres cum genitiuo iungebant. Cicero in uerrem, Fac tibi ancilíæ legis ueniat in mētem. Lucretius: Et uenit in mentem ſolis lunæq; uiarum. Terentius. ubi in mentem eius aduenti uenit. Recordatio ergo expungatur. Sicq; ſincera lectio relinquetur. ſcilicet. ſolet uenire in mentem illius temporis. & reliqua.

Philippi Beroaldi annotamenta quædam.
in epiſtolis familiaribus Ciceronis obſeruata.

IN epiſtola ad fabium gallum ſic ſcriptum legitur. uereor ne in Catonem catoninos mi galle. Sed meo periculo ſic emendandum uereor ne in Catonium cato nos mi galle: hoc intellectu: timeo ne nos cato trudat in catonium: & quaſi præcipitet ad orcū: ſitq; cauſa calamitatis. aſpergitur autem ſal facetoſus ex nominis ſimilitudine: tanq̄ a catone ſit catonium: dii boni quæ portenta in quas nugas blatterant commentatores & effutiunt grāmatiſtæ triuiales ſuper hoc loco: quem in lucē: abſit inuidia uerbo: ut ſexcenta alia primus protuli: & in poſterum proferam: ſi modo deus uitam ſuppeditauerit.

¶ In epiſtola Ciceronis ad lentulum: qui (legitur) non pluris fecerat bonam q̄ treis ſorores. Queri. n. & quidem anxie ſolet ab eruditis hiſtoria trium ſororum quas ita clodius polluit: ſicut cerimonias bonæ deæ polluerat. Ego ut pro uirili parte foueam ſtudia ſtudioſorum: quū diligenter id inquirerem: reperii clodium habuiſſe treis ſorores eaſq; omnes conſtupraſſe: quarum iunior nomine Clodia nupſit lucullo. Altera terentia nominata uxor fuit Marcii regis. Tertia nupſit Marcello celeri: quæ quadrans cognominata ex eo: q, Adoleſcens amans eam pro argenteis nūmis quadrantes æres imiſit in loculum puellæ: quæ cum quadrantibus pro præcio concubitus illuſa fuiſſet: Quadrantis meruit cognomen. Author huius hiſtoriæ eſt Plutarchus in uita Ciceronis: ſed nō ea quæ impreſſa legitur. Illam. n. ſcripſit leonardus Aret. ut conditor non ut interpres.

Marinus Scodrenſis uir alioqui eruditiſſimus.
in obſeruationum ſuarum collectanea.

IN prima familiariū epiſt. de pōpeio ſcribens ad lentulum Cicero inq̄t. cui qui nolūt: iidem tibi: q, eum ornaſti: non ſunt amici. non quia cum lentulus oratione quadā laudauerit: ut ille blatterat. ſed quoniā dum conſul eſſet illum rei frumentariæ p̄fecit: licet alii Ciceronem authorem tradiderunt. Plutar. grauiſſimꝰ hiſtoriæ author ſcribit Ciceronem pro lege frumentaria orante quodāmodo iterum omnis terræ: omniſq; pelagi Po. Ro. ſubiecti poteſtatē Pompeio per. S. C. datam qua lege portus omnes: negociorum conuentus: frugū diſpēſationem: & unico nomine omnia nautica atq; terreſtria Pompeio ſubdita erant. Et paulopoſt

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

inquit. Alii dicunt hoc conſulem ſpintherem machinatum eſſe:conantem ad maiorem magi ſtratum promouere Pompeium.ut ipſe ad regem Ptholomæum auxilio mitteretur. hinc libe ralitas lentuli in Pompeium habetꝰ in aliis Tulii litteris:hinc illa præcedentia Pompei uerba: cum ſumma teſtificatione tuorum in ſe officiorum.& illa ciceronis: Pompeium & hortari:& orare:& iam liberius accuſare:ut magnam infamiam fugiat non deſiſtimus. Erat.n.Infamia Pompei maxima ſeſe in lentulum ingratum oſtendere.curareque ut ea ſibi prouincia deman- daretur:quam lentulus de ſe bene meritus affectabat. Hinc & illa. Marcellinum tibi iratum eſſe ſcis. Is hac regia cauſa excepta:cæteris in rebus ſe acerrimum tui defenſorem fore oſten- dit. Nam(ut idem plutar.ait)Marcellinus non fuit æquo in Pompeium animo:ſed uehemẽs obtrectator. Tu conferas hæc cum dictis litteratoris iſtius: diiudiceſq; an unum aliquem ex his locis intellexerit:quando Marcellum legit & non Marcellinum:aſſerens intelligi. M. Clau dium unum ex quindecim uiris ſibyllinis. Et Marcellinum omnium codicum fides habet. Et uerba ciceronis ex hiſtoria innuunt:quum eſſet infenſus Marcellinus Pompeio: dolebat illã dignitatem frumentariam a lentulo illi collatam: ipſumq; lentulum alioqui ſibi amicum in regia reductione gaudebat:cuius rei gratia id machinationis feciſſet.

¶ Præter notã ſignificationẽ. NON MODO. ſiue mõ nõ:duobus modis elegãtiſſime uſurpa tur:ꝑ NEDVM. ut Trebonius ad Ciceronẽ. Nõ.n. neſcis q̃ti te faciã: & q̃ ꝑ ueterrimo amo re oĩbus tuis & minimis cõmodis non mõ tãto bono gaudeã. Et ꝑ fere:ſiue(ut uulgo dicũt) quaſi. Et in hac ſignificatiõe poſuit Tibullus:quũ ait. Iam mõ non poſſum contentus uiuere paruo. Et quoniam amicus inauditum hoc eſſe litteris latinis clamitat. audiat Valeriũ de his: q̃ nulla arte effici poſſe uidentur. Inq̄t artis pictor equum ab exercitatione uenientem modo non uiuum labore. Induſtria ſua comprehendere. modo non. i. fere uiuum. Et comicus. modo non montes auri pollicens:ait per prouerbialem hyperbolem. Eſt atticiſmo græcorum ſimilis μονονον. ſiue ſecundum atticos μονονουχί. In eadem ſignificatione eſt. tantum non. frequẽ tiſſime:ſiue non tantum. familiaris uox non modo ipſi Valerio ſed & quintiliano: & plinio præ cæteris:ut admirer Barbarum Plin. Oculum hoc non uidiſſe præſertim in. xxii. ubi Pli. ſic ſcriptum reliquit. Excogitauit natura herbas aliquas aſpectu hiſpidas:tactu truces: ut tantum non uocem ipſius exaudire uideamur:at librariorum inſcitia fecit cãtum. T. in. C. permutata. In epiſtola ad lentulum Cicero ſcribens. Nunc ut apelles ueneris caput:& ſumma pectoris po litiſſima arte perfecit:reliquam partem corporis inchoatam reliquit. Intelligere uoluit hic Ci cero uenerem illam de qua Plinius ſic apelles inchoauit & aliam uenerem:cui ſuperaturo prio rem inuidit mors peracta parte:nec qui ſuccederet operi ad præſcripta liniamenta inuẽtus eſt.

Iodocus Badius Aſcenſius Studioſo admodum & claris natalibus adoleſcenti Balduino Grutero diſcipulo ſuo.S.D.

c Vm Marci Tullii Ciceronis familiares(q̄s dicunt)epiſtolas ſtudioſis oībus adoleſcentibus non tā propter ſententiarum(quod tamen plurimum ineſt)pondus: q̄ propter uerborum(que ubique redundant)elegantiam: lectitandas cenſeam: ut ſi qua fieri poſſit quā ſimillimas illis effingant: idque ſine arte & præceptione difficillimū iudicem: tuæ Balduine ſuauiſſime: tuique ſimilium(ſtudioſorum dico adoleſcētulorum)utilitati conſulens: de conficiendis epiſtolis compēdium uiginti duntaxat capitum compegi: & Ciceronis epiſtolas ad certa argumenta redegi: ut cui quiſq; ſimilem effingere uoluerit: eam facili indicio inueniat. Tabellam ad hoc alphabeticam rerum & uerborum in commentariis annotandorum indicem collegi: & uerba præcipuum nitorem in epiſtolis habentia in faſciculum reſtrinxi: totum præterea epiſtolarum contextum recognoui: & fideliter integritati priſtinæ reſtitui. Atq; utinam non iterum chalcographorum incuria deprauetur. Quod ne fiat noſtrum librarium ciuem & bibliopolam Parienſem ſane diligentem & probum: qui earum imprimendi curam ſuſcepit obnixe rogauimus. In hoc autem albo propterea te nuncupo adoleſcens optime: q; tua inſtitutione quam ab optimo & laudatiſſimo uiro Magiſtro Philippo de Grutere patre tuo ſplendidiſſimo: & ſcabinorum(ut dicunt)ac ſenatorum gāuenſium hoc anno primario ſuſcepimus: nihil mihi aut propoſitius aut antiquius tantum uolui. Vale. & quo cepiſti audentior perge. Ex officina noſtra litteraria apud parrhiſios Anno. M.ccccc.ii. pridie idus Nouemb.

## De epiſtolis conficiendis Compendium Aſcenſianum.

### De epiſtolæ interpretatione atque officio. Titulus.I.

EPiſtolæ a uerbo græco epiſtello quod eſt mitto deductæ: principale munus eſt ad abſentes mitti ut eos certiores faciamus: ſi quid eſt quod eos ſcire aut noſtra aut ipſorum interſit. Ideoque in principio ſaluere & in fine Valere iubemus perinde ac ſi coram colloquamur. Verumtamen interdum etiam ad poſteros deſtinat: quotiens res ſeueras & graues: ut de philoſophia & rep. tractamus. Interdum etiam mera quæritur uoluptas utpote dum rem iocoſam familiariter exponimus. Quam diuiſionem ſatis innuit Cicero epiſtola.xv. cuius principium eſt Epiſtolarum genera multa eſſe non ignoras &c.

### De epiſtolarum triplici diuiſione. Titu.II.

Solent itaque epiſtolæ trifariam diuidi: iuxta ſtilum: iuxta materiam in generali & iuxta eandem in ſpeciali. Iuxta ſtilū licet plurimæ ſint familiares & ita in gracili ſtilo: tamen quædam ſunt ſublimes: quædam mediocres & q̄dam tenues. Sublimes ſunt quibus grauia & ſerioſa alto ſtilo tractamus. Mediocres quibus mediocria mediocri: & tenues quibus exigua & iocoſa humili ſtilo proſequimur. Iuxta materiam uero in generali: quædam ſunt de re utili: quædam de re honeſta: quædam de re iocoſa & uoluptuoſa: quædam de his mixta. Vtilis eſt quū aut noſtra aut eorum ad quos ſcribimus intereſt. Honeſta cum honeſta tractat ut diui pauli: Seneca & quorundam philoſophorum epiſtolæ. Iocoſa q̄ ridicule iocoſe narrat. Mixta ut fere omnes cum ſimul & iocunda & idonea dicit uitæ. Porro iuxta materiam in ſpeciali ponit Franciſcus niger uiginti epiſtolarum genera: ad quæ Ciceronis epiſtolas reducemur. hoc pacto.

#### Commendaticiæ.

Commendaticiæ epiſtolæ ſunt quibus aliquem aut alicuius negocium commendamus: cuiuſmodi ſunt apud Ciceronem: tertia.xxv.lxxxviii.cv.cxxii.cxlv.ccxxvii.ccxxviii.cclxviii.cclxx. & decimitertii libri fere omnes. Quædam aūt duntaxat] in parte ut.xvii,xix,xxxi. &.lxiii.in fine.

#### Petitoriæ.

Petitoriæ ſunt quibus aliquid ab aliquo ut conſilium: opem aut operam petimus: quales ſunt apud Ciceronem.lxiii. & lxvii.lxx,lxxxvi.xcv.cclv.ccclxxxvi.ccclxxxviii.ccclxxxix. & quædam aliæ in.xv.libro. Itē pro parte.xii.xvii.xviii. &.xxxii, præcipue in fine.

#### Munificæ.

Munificæ ſunt quibus munus & beneficium noſtrum exponimus munuſque modeſte cōmendamus aut pro modeſtia attenuamus. Cuiuſmodi ſunt apud Ciceronem.x.xxix.ſaltem pro parte.xxxi.lxix.lxxxiiii.lxxxix.ci. & quædam aliæ.

#### Demonſtratiuæ.

Demonſtratiuæ ſunt quibus alicuius laudem aut uituperium demonſtramus quales apud Ciceronem.xxi.&.xxvi.pro parte.lxviii.cxlvi.in fine.clxvii.clxxxi.&.ccclxxx.in fine.

Eucharíſticæ.

Eucharíſticæ ſunt quibus bonas gratias agimus aut referimus:ut.xliii.ccxcix.&.v.vii.xii.xx.&.xxxv.pro parte ſaltẽ.

Amatoriæ.

Amatoriæ ſunt quibus amorem noſtrum in aliquem declaramus : ut. ix.xii.xiii.xiiii.xxxiiii.xxxv.xxxix.xli.xliii.lxv. clxvi.lxxiii.lxxvii.xciiii.xcv.xcvi.cxxi.cxxxii.clxvii.clxviii.clxxxi.clxxxii.& omnes ultimi libri ad Tironem.

Lamentatoriæ.

Lamentatoriæ ſunt quibus lamentamur:incõmoda noſtra aut noſtrorum conquerentes:ut ꝑtim.xiii.xvi.xxxvii.xliiii. xlix.lv.lvi.lix.clxiii.clxxix.& plurimæ.xiiii.libri ut ad Terentiam fere omnes.

Conſolatoriæ.

Conſolatoriæ quibus aliquem conſolamur ut apud Ciceronem.xlviii.& partim.ix.xl.xlvi.l.lvi.lvii.lviii.lxxiiii.lxxvi. lxxx.lxxxi.lxxxii.lxxxiii.lxxxv.xci.xcii.&.xciii.

Expoſitiuæ.

Expoſitiuæ ſunt quibus aliquid non ſatis cognitum aut minus intellectum exponimus & declaramus.Inter quas ſunt apud Ciceronem.i.ii.iiii.v.vi.vii.viii.ix.xvi.xxi.in fine.xxiii.& plures aliæ.

Gratulatoriæ.

Gratulatoriæ ſunt quibus alicui ob rem bene geſtam aut fœlicem ſortem aut proſperum euẽtum gratulamur : ut apud Ciceronem.xvi.xviii.xx.xxxix.xlii.xci.cclvii.ccclxxxiii.ccclxxxiiii.ccclxxxv.&.cccxc.

Exhortatoriæ.

Exhortatoriæ q̃bus exhortamur:ut apud Ciceronẽ.xv.xviii.xix.xxiii.in fine.xxix.in medio.li.lii.lvi.i fine.lxxx.lxxxi. lxxxii.lxxxiii.lxxxiiii.xcviii.xcix.ci.cvi.cvii.& ꝓcipue.cli.Itẽ.cliii.clxi.clxxxi.clxxxiii.ccxviii.ccxx.ccxxi.ccxxiiii.ꝑti.

Diſſuaſoriæ.

Diſſuaſoriæ ſunt quibus dehortamur & ſuademus ne fiat:ut apud Ciceronem pro parte.xiiii.&.xxvii.

Inuectiuæ.

Inuectiuæ quibus in aliquem inuehimur eius uitia taxantes & exprobrantes:ut.xi.xxxviii.lxiii.lxvii.cxxviii.ccxxvi. & quibuſdam aliis ſaltem ex parte facit Cicero.

Expurgatiuæ.

Expurgatiuæ ſunt quibus aut nos aut factu noſtra aut alterum aut alterius purgamus:ut pro parte facit Cicero epiſtola.xii.xxvi.xxvii.xxxviii.xl.xlii.lx.clxxx.& aliis quibuſdam.

Domeſticæ.

Domeſticæ quibus res domeſticas & familiares tractamus:ut Ci.xxiiii.lxxviii.clxv.&.ccccxxi.

Communes.

Communes ſunt q̃ fere ad quemlibet ſcribi poſſent:utpote q̃bus ſcribendi quæritur occaſio cum aliud nõ habeamus. Cuiuſmodi ſunt ꝓ ꝑte apud Ciceronẽ.xii.xv.liii.lvi.&.xciiii.fere tota.ci.cv.cxix.cxxxvii.clv.cc.ccxxxvi.&.cccxciii.

Iocoſæ.

Iocoſæ q̃bus iocamur ut ꝑi facit Cicero epiſtolis.xi.xx.xxxix.xli.lxiiii.cv.cx.cxii.cxiii.cxiiii.clxii.clxxi.clxxii.clxxix. cccxcii.cccxciii.& quibuſdam aliis.

Commiſſiuæ.

Cõmiſſiuæ ſunt q̃bus aliq̃d negociũ cõmittimus ꝑferri priuati:ut Cicero i pri.xxvi.& i q̃buſdã ad Terẽtiã & Tironẽ

Regiæ.

Regiæ ſunt quibus regium exponitur mandatum & ſcribuntur regum & principum nomine quales non ſunt apud Ciceronem:quia eas priuatus ſcripſit.

Mixtæ.

Mixtæ ſunt quæ ex diuerſis conficiuntur argumentis ut.xii.xv.& plurimæ aliæ apud Ciceronem.

De epiſtolarũ partibus. Titu.iii.

Epiſtolarum partes quinq; poni ſolent Salutatio.Exordium ſeu principium.Narratio.Petitio.& Concluſio.In grauibus autem epiſtolis omnes orationis rhethoricæ partes locum habere poſſunt : neque tamen neceſſariæ ſunt.Nam exordiis raro in epiſtolis utimur.Orationis autem partes ſunt.Principium.Narratio.Diuiſio. Confirmatio.Confutatio & concluſio.De quibus Cicero ad Herennium.& Sulpitius in opuſculo de componendis epiſtolis.

De ſalutatione & ſpeciebus eius. Titu.iiii.

Salutatio eſt animi ſcribentis in eum ad quem ſcribit ſalutatoria ſignificatio.Eius autẽ ſpecies ſunt tres ſubaudita.Breuis & plena.Subaudita eſt quotiens properanter ſcribentes ſolo epitheto.i.adiectiuo beniuolentiam noſtram prænotamus hoc modo.Suauiſſime fili.Parens optime.Amice chariſſime &c.Breuis eſt qua ſuppreſſo noſtro nomine:quod in fine poſituri ſumus:eum ad quem ſcribimus ſalutamus hoc pacto.Salue dulciſſimum decus meum.Aue uirorum clariſſime.Saluus ſis fili.Indulgentiſſime.Saluere te gaudeo frater chariſſime.Saluum te eſſe uolupe eſt.Bene tibi eſſe iubemus.Salutem.Aut ſalute te impertimus.Salute premiſſa &c. Plena ſalutatio eſt ex ſuperſcriptione & ſubſcriptione cum nota ſalutis conſtans hoc modo.Iodocus Badius Aſcenſius.Blanduino Grutero diſcipulo ſuo prædilecto ſalutẽ dicit.Poteſt autem uerbum ſubaudiri:& pro ſalute poſſumus dicere fœlicitatem.Sanctam uitam : aut quid ſimile.non tamen dicemus Salutes plurimas:aut tot quot maris ſunt harenæ aut ſimili modo:quia apud doctos ſalus plurali caret.Præcipiunt autem quidam magis audiendi nomen ſcribentis præponendum eſſe:etiam ſi minimus quiſque ad maximum ſcribat:idque Ciceronis auctoritate confirmatum uolunt qui nomen ſuum ſemper præpoſuiſſe comperitur.Verum cum ille conſularis fuerit:difficile ſuperiorem eo inuenias.Non tamen ſemper nomen ſuum ꝓpoſuit. Nam epiſto. ccxxiiii.q̃ eſt in undecimo lib.ad Decium Brutum ſic præmittitur ſalutatio.Decio Bruto imperatori conſuli deſignato

Salutem dicit Marcus Tullius Cicero.Quocirca non damnem eorum modeſtiam qui principium utroruꝫ nomina ſuis
p̄ponunt ut Sulpitius.Clariſſimo uiro Falconi Sinibaldo Patricio Romano:prothonotario apoſtolico: apoſtolicique
fiſci cuſtodi Ioānes ſulpitius Verulanus ſalutem.Contra tamen qui ſcribentium nomina proponunt habēt graues quo
ſe tutan.ur authores.nam quicunqꝫ ad ciceronem ſcribunt ut celius.Plancus.Dolobella.Tyro & cæteri qui eo ſupe-
riores non erant nomina ſua preponunt:& Anacharſis philoſophus nomen ſuum ante ammonis regis ponit. Proinde
ut ꝙ ſentiam dicam nomen ſcribentes p̄ponere artis eſt:eius ad quem ſcribitur interdum modeſtiæ.cæterum hmōi ple
na ſalutatione non opus eſt uti niſi ubi tantum ex altera parte ſcribunt litteræ:qa ſi in tergo ſit ſuperſcriptio:& in calce
ſubſcriptio ſatiſfuerit in fronte poſuiſſe ſalutem.Quod ſi plenam ſalutationem premiſeris non opus eſſet niſi in argumē
tum modeſtiæ aut tui cōmendandi gratia nomen tuum ſubſcribere hoc modo.Idem tibi deditiſſimus alūnus.aut tui ob
ſeruantiſſimus cliens.amantiſſimus diſcipulus.famulus.non tamen dices:ſeruitor ꝙ abiectius eſt uocabulum.

De ſuperſcriptione. Titu.V.

Superſcriptio eſt exterior ſuper epiſtolam ſcriptio:nomen:merita locumqꝫ eius ad quem ſcribitur continens. Sunt aūt
qui nomen proprium ante officii aut dignitatis p̄conia ponendum cenſeant:ꝙ in ſubſcriptionibus modeſtiæ gratia ob
ſeruamus:ut Sixtus dei gratia ſeruus ſeruorum dei.Ludouicus diuina prouidentia francorum rex &c. Sed in ſuperſcri
ptionibus ſi officia & merita p̄pollent ea p̄ponenda cenſent nōnulli.ut inuictiſſimo atqꝫ chriſtianiſſimo francoruꝫ regi
Ludouico duodecimo &c.Verumtamen artis eſt proprium p̄mittere:ut Lentulo proconſuli. Decio Bruto imperatori
&c.Honorificentiæ titulos:ut clariſſimo uiro falconi &c.Ceterum tam proprium nomen q̄ eius epitheta in dandi caſu
ponere ſolemus:quia ſubauditur aut dentur litteræ aut ſalutem dicit:Liceat tamen dicere Ad magnificum equiteꝫ aura
tum &c.Locus autem uel in accuſatiuo ponetur ſine p̄poſitione ſi eſt proprium loci minoris ſimplicis figuræ uel cum
p̄poſitione ſi aliud:Vel in genitiuo ſeu ablatiuo expreſſo:aut facile ſubintellecto uerbo aut participio quietis:aut mo-
tus in loco.Vnde in fine ſuperſcriptionis ſcribere licet.Romam ad ædem diui petri.Lugdunum ad diuum Iohannem
baptiſtam aut ſic.Studioſo adoleſcenti parrhiſiis aut apud parrhiſios bonis artibus inſudanti.Probo negociatori Bru
gis agenti.Gandani reſidenti &c.Præconia autem pro dignitate & meritis iuſtum eſt cōficere:neqꝫ fas eſt Vno gradu
ſeu honore præditos ſi differentibus ſunt meritis eodem modo affari.Nam licet ad quos ſcribas oēs ſunt bonarum ar
tium profeſſores: alios tamen tantum doctos:alios cum primis uel in primis uel inter primos doctos ſeu eruditos.ali
os longe doctiſſimos:aut facile deſertiſſimos:aut ſumma doctrina præditos nuncupabimus.Vitandæ aūt ſunt nimiuꝫ
fucatæ aut calamiſtratæ compellationes q̄ aut adulationem aut animi leuitatem ſuboleant: ut ſuo purpureis litteratuꝫ
floſculis decorato:rutulis litterarum gēmis inſignito.Suauiſſimo lepore pegaſidum affluenti.Nitido ſcientiæ cingulo
redimito:& conſimiles.Epitheta autem diuerſis attribuenda ſunt huiuſmodi.

Summo pontifici aſcribenda epitheta.

Sanctiſſimo diui petri ſucceſſori.Summo Romanorum pontifici.Reuerentia omnique obſeruatione digniſſimo papæ
antiſtitique romanorum maximo.Sanctiſſimo chriſti in terris uicario.Summo uigilantiſſimoque chriſtiani gregis pa-
ſtori &c.

Imperatoribus apta.

Diuo atque inuictiſſimo romanorum imperatori.Fœliciſſimo totius orbis moderatori.Fauſtiſſimo rerum potitori.In-
comparabili orbis monarchæ.Maximorum principum principi ſummo.Diuo cæſari perque auguſto: togatorum prin
cipi.Inclytiſſimo totius orbis triumphatori &c.

Cardinalibus apponenda.

In primis reuerendo cardinalique præſbytero. Sanctiſſimo archipreſuli ac firmiſſimo Romani pontificatus cardini.
Summa obſeruantia digniſſimo Romani pontificatus cardinali.Multa ueneratione digno.romanique pontificis aſſeſ
ſori cardineo &c.

Regibus addicenda.

Inuictiſſimo Romanorum Regi.Magnanimo triūphatori & chriſtianiſſimo francorum Regi. Triūphatiſſimo hyſpa
norum rectori ſceptriferoque principi ac regi.Excellentiſſimo ſummaque uirtute prædito anglorum regi &c.

Archiepiſcopis & epiſcopis quadrantia.

In primis ſancto patri & primatus Lugdunenſis archipræſuli.Reuerendo admodum in chriſto antiſtiti & neruiorum
tornatorumue præſuli Sanctiſſimo præſuli & inclyto Leodieñ.præſidi.Vigilantiſſimo grægi ſuo ſuperintendenti ca-
meracenſum epiſcopo &c.

Archiducibus & ducibus congrua.

Clariſſimo atque uictorioſiſſimo archiduci.Inclytiſſimo bellatori & fauſtiſſimo ſuorum ductori Generoſiſſimo atqꝫ
eidem ſplendidiſſimo duci.In primis ſtrennuo & præter cæteros fortunato duci.Metuendo ad modum principi & ſum
mo.N.duci.

Abbatibus & cæteris prælatis applicanda.

Reuerendo patri.Obſeruando cum primis archidiacono.Religioſiſſimo uiro Chartuſianorum præſuli.Vigilātiſſimo
gregis dominici in eccleſia.N.paſtori.Eximio conuentus carmœlitanorum patri. Obſeruantiſſimo diuinæ legis inter
Auguſtineñ.heremitæ-Præceptorum chriſti ſeruantiſſimo fratrum minorum generali.Diſertiſſime & in primis religio
ſo fratrum prædicatorum concionatori.

Comitibus equitibuſque auratis conuenientia.

Fideliſſimo imperatoriæ maieſtatis comiti inclyto principi & incomparabili flandorum comiti.In primis ſtrenuo bel-
latori equitique aurato.Aureo cingulo inſignito: ſummaque uirtute predito nec minus fœlici in bellis gerendis equi
ti.Alto loco.clariſque natalibus perſpicuo equiti &c. Forti admodum & inter primos ſtrenuo atque aurato eqti &c.

Religioſis & doctoribus concinna.

Venerabili patri Viro religioſo admodũ & in primis colẽdo. Multa ſantictate pſpicuo patri. Sũma caſtimonia. obedientia & paupertate claro religioſo. Sancta religione pdito. Doctori diſertiſſimo. Doctorꝫ antiſtiti. Iure conſulto peritiſſimo. Diuinarũ litterarũ interpreti prudentiſſimo. Diuinæ ſcripturæ profeſſori. eximio eruditiſſimo bonarũ artiũ doctori. Peritiſſimo & doctiſſimo medico &c.

Iudicibus & præfectis urbium accommodanda.

Incorruptiſſimo atque æqſſimo iuris adminiſtratori. Sanctiſſimo legũ executori. Integerrimo legũ interpti. Vigilãtiſſimo urbis pfecto. Diligẽti ſane ciuitatis moderatori Optimo morum cenſori. Accuratiſſimo iuſtitutorum approbatori. Iuſtiſſimo uiro ædilitia dignitate prædito. Inuiolabili iuſticiæ præſidi. Fori totius æquiſſimo ſplendori &c.

Ciuibus & negociatoribus cæteriſque bonis idonea.

Splendido & prudenti ciui. Prudentiſſimo negociatori. Fideliſſimo mercatori. Mercoriali uiro probiſſimo diligenti & ſolerti artifici. Optimo operario. Studioſo ſcholaſtico. Ingenuo adoleſcenti. Spectatæ indolis pucro. Veneranda caniciæ ſeni. Iucundo amico &c.

De ſubſcriptione. Titu. vi.

Subſcriptio eſt modeſta notificatio ſcribentis cum loci, temporis: ac meritorum eius expreſſioni poſt uale ſub calce epiſtole poſita. Quattuor enim ad eam pertinent: loci unde epiſtola mittitur deſcriptio tpis quo ſcripta ẽ notificatio: quæ duo continue poſt uale ſcribi ſolent. Item ſcribentis & eius meritorum modeſta declaratio: quæ ſi humilis hoc eſt modus eſt ſcribens in poſtrema parte poni ſolet. Neque uero (ut dixi) ſi plena ſit ſalutatio permiſſa neceſſe erit iterum ſcribentis nomen ac merita reponere. Quinetiam negociatores tempus & locum in frontibus ponere ſolent. Locus autem iuxta regentis exigentiam in debito caſu ponetur: ut ex officina noſtra litteraria. ex alpibus. Ex parrhiſiorum lutecia. Ex caſtris. Aut ſine præpoſitiõe dum propria ſunt ut phormis. athenis. Romæ. Datum romæ: ſcriptũ Lugduni. Sed datum & ſcriptum licet in Ciceronianis epiſtolis legantur poſſunt ſubaudiri: ut Lugduni cal. martiis &c. Auinioni charthagini ruri. Nam ſecundum Seruium a tertia inflexione aduerbia in loco in i exeunt non in e. Tps autẽ in ablatiuo ſine præpoſitione ponemus: aut cum præpoſitione in eo caſu quem ipſa deſiderãt: ut Anno milleſimo quingenteſimo ſecundo Kal. Martiis aut ad Kal. martias. Cuius ſermonis differẽtia eſt ꝙ calendis dicimus quãdo ipſo die kal. actum eſt: ad kal. autem quaſi circiter kal. paulo ante aut paulo poſt. Notum autem eſt primum cuiuſlibet mẽſis diem calendas dici: deinde ſex in martio maio Iulio & octobri & quattuor in reliquis nonas. Poſt quas in ſingulis mẽſibus octo denominantur ab idibus. poſt idus uero qui reliqui ſunt a calendis ſequentis menſis quorum qui proxie p̄cedit calendas non dicitur ſecundus ſed pridie calendas. Qui uero proxime ſequitur calendas dici poteſt aut poſtridie calendas aut quarto ſeu ſexto nonas. ut alibi latiſſime declarauimus. Merita autem noſtra modeſte memorabimus niſi forte officii & potentatus gratia quid fecerimus: tunc uero nomen noſtrum in capite ponemus. alioquin potius modicitatem noſtram fatebimur q̃ titulos oſtentemus. cognitionis tamen & affinitatis gradus licite explicabimus: ut frater: patruelis: ſobrinus; gener: ſocer. compater tuus &c.

De principio ſeu exordio Titu. vii.

Principium ſeu exordium eſt breuis oratio in capite oratiõis poſita quæ ſtatim nobis aut beniuolum aut docilem aut attentum aut ſimul in his paratum comparat auditorem. De qua re: & quando exordio utendum: & quando inſinuatione: Videndum eſt apud ci. ad Herennium & apud Sulpitium in dicto opuſculo de cõponendis epiſtolis. Quia enim ci. in familiaribus epiſtolis non utitur exordiis: nihil nunc de ipſis meminerimus.

De narratione. Titu. viii.

Narratio eſt breuis dilucida: & ueriſimilis rerum geſtarum aut quaſi geſtarum ad cauſam pertinentium expoſitio. Breuis erit ſi unde neceſſe erit cœperimus: Si ſummatim & non particulatim narrabimus: Si non ultra neceſſarium proſequemur. Si tranſitionibus & digreſſionibus non utemur. Si per ea quæ dicimus ante facta intelligentur: Si dicta non iterabimus. cauendũ autem eſt ut inquit flaccus Ne dum breuis eſſe laboras Obſcurus fias. Ideoque additur dilucida. Dilucidam autem faciet ordo rerum geſtarum: ordo temporum: & ipſa breuitas: quæ ad memoriam facit unde flaccus Quicquid præcipies eſto breuis &c. Veriſimilem faciemus ſi ut mos: opinio: natura: ſpacia: temporum: perſonarũ dignitas: conſiliorum rationes & locorum oportunitates poſtulabunt dixerimus: unde & flaccus. Nec q̃cũque uelit poſcat ſibi fabula credi. Et iterum. Si dicentis erunt fortunis abſona dicta romani tollent equites peditesque cachinnũ.

De petitione. Titu. ix.

Petitio eſt uerecunda officii: beneficii: aut ueniæ imploratio: quam aut honeſtam aut utilem: aut neceſſariã facileque aut ſaltem fieri poſſe & decere cõprobabimus. officiũ petit̃ ubi iuſta eſt petendi propter merita noſtra rõ. Beneficium imploratur ubi nulla præceſſerunt merita. Venia quotiens præceſſerit culpa. Honeſta eſt petitio ubi res petitur hõeſta modo decenti. Vtilis ſi & præſtanti & exigenti proſit. Neceſſaria ſi re petita carere nequeamus: ut ſi pro crimine ueniam: aut cõtra fortiorem auxilia: aut in ſumma egeſtate opem petimus facile factu probat̃ qđ petit̃ ſi penes cuius hoc eſt in poteſtate eius a quo petit̃ eſſe ſignificat. quod fere quicunque petunt oſtendunt. ut æneid. primo Iuno. Aeole nãque tibi diuum pater atque hominum rex. Et mulcere dedit fluctus & tollere uento &c. Incute uim uentis &c. Et Dauid. Miſerere mei deus ſecundum magnam miſericordiam tuam & ſecundum multitudinem &c. Poſſe autem fieri neceſſe eſt decere honeſtum.

De concluſione. Titu. x.

Concluſio eſt artificioſus orationis aut epiſtolæ terminus. quo quod plurimum optamus. aut dictum factumue uolumus enũciamus. Epiſtolas qdẽ (quoniã de illis agere inſtituimus) ita fere claudere ſolemus uale & bñ age. uale & me (ut facis) ama. Aut ero & me ut accepiſti amare pgito. Vale litterarꝫ decus. aut morꝫ ſpecimẽ. aut rerꝫ mearꝫ p̄ſidiũ. Et amicos noſtros ſaluere iube. aut ſalute ip̄tito. Quod qdẽ apte dixerimus ſi talẽ cẽſuerim⁹ q aliis faciat ſalutis pticipiũ cũ ipſe multo ſic beatior. Nã cliẽs ñ decet ſe patronũ ſuũ ſalute iptire. ſed ipſi ſalutẽ aut fœlicitatẽ optare. Nã i comico cũ gnato parmenonẽ ſalute iptit ſupiorẽ & beatiorẽ ſe ſignificat p paraſiticã petulãtiã Cice. aũt uerbo uale nihil adde

re conſueuit. At ſi poſt ipſum uale quædam quaſi neglecta adiecerimus id iucunde faciemus per aduerbium heus: qd̃ reuocandi uim habet. hoc modo. Sed heus fili chariſſime ſunt & quæ mater ad te mittit munuſcula ab hoc tabellario expetenda. Si tamen ad uirum grauem ſcripſero uix audeam ſic reuocare. Sed potius dicam. Da ueniam uirorum opti me: ſi tuam dignitatem iterum conuenio. Plane. n. id dicere neglexeram &c. Et ſi pluſcula interpoſuerimus addemus iterum uale. Poſt uale autem ponemus ſubſcriptionem cum temporis: ut præmiſſum eſt annotatione. In ſubſcriptione autem cauendum eſt ne pro dediticio aut cliente te ſeruitorem nuncupes. Ante uerbum uale ſolent nonnulli & p̄cipue Plinius ponere aliquod dictum inſigne pondus uotorum continens. Poſt quod addere licet hæc ſunt quæ noſtra liceat te uoce moneri aut præcari. hæc dicta uolui. Tantum eſt quod te ignorare nolui. Hæç ſumma eſt &c.

De clauſulis ac dictis Plinianis. Titu. xi.

Clauſulæ ex Plinii epiſtolis per nos decerptæ ſunt hmõi. Scio quem animum: quod horter ingenium.
Tu modo enitere ut tibiipſe ſis tanti quanti uideberis aliis ſi tibi fueris. Vale.
Hæc tibi ſcripſi: qa æquũ erat te ꝑ amore mutuo nõ ſolũ oĩa mea facta dictaque: uerũetiã cõſilia cognoſcere. Vale.
Obſequar conſilio tuo: cuius mihi auctoritas pro ratione ſufficit. Vale.
Satius enim eſt (ut Attilius noſter eruditiſſime ſimul & facetiſſime dixit) ocioſum eſſe q̃ nihil agere. Vale.
Voluptatem percipio ſi ea quæ mihi denegantur amicis uideo ſupereſſe. Vale.
Serio peto fac ſciam quid agas: quod ſine ſollicitudine ſumma neſcire non poſſum. Vale.
Vt in cæteris rebus ita in audiendi officio perit gratia ſi repoſcatur. Vale.
Sed hoc ipſum amantis eſt: non onerare ipſum laudibus. Vale.
Neque enim magis decorum & inſigne eſt ſtatuam in foro populi romani habere q̃ ponere. Vale.
Sollicitus cuſtodiendus eſt honor: in quo etiam beneficium amici tuendum eſt. Vale.
De ſeruis Venalibus melius auribus q̃ oculis iudicatur. Vale.
Erit confuſioni meæ non mediocre ſolatium ſi tu nihil quæreris. Vale.
Sed iam finem faciam: ne modum quem ẽt orationi adhibendum puto: in epiſtola excedam. Vale.
Igitur memento nihil magis eſſe uitandum q̃ iſtam luxuriæ & ſordium pronam ſocietatem quæ cum ſint turpiſſima diſcreta ac ſeparata: turpius iunguntur. Vale.
Oſtende modo uelle te: nec deerunt qui quod tu uelis cupiant. Vale.
In ſumma: niſi æque longam epiſtolam reddis non eſt quod poſtea niſi breuiſſimam expectes. Vale.
Rogat enim & quidem efficaciſſime qui reddit cauſas rogandi. Vale.
Sumus ſolito rariores: quod initium eſt gradatim deſinendi. Vale.
Habent hunc finem aſſiduæ querelæ: ꝙ quæri pudet. Vale.
Id elige in quo uicerit ratio. a te enim ratio exigetur: nos excuſabit obſequium. Vale.
Trade filium p̄ceptori: a quo mores primum: mox eloquentiam diſcat: q̃ male ſine moribus diſcitur. Vale.
Hic erit epiſtolæ finis. Litteram non addam etiam ſi aliquis adhunc p̄teriſſe me ſenſero. Vale.
Neque enim ii ſumus quos uituperare ne inimici quidem poſſint niſi & ſimul laudent. Vale.
Illa adnota q̃ putaueris corrigenda. Ita enim magis credã cætera tibi placere ſi q̃dam diſplicuiſſe cognouero. Vale.
Dedit mihi quantum maxime potuit: daturus amplius ſi potuiſſet: tametſi quid homini poteſt dari maius q̃ gloria & laus & eternitas. Vale.
Neſcio quo pacto uel magis homines iuuat gloria lata q̃ magna. Vale.
Studeamus ergo nec deſidiæ noſtræ p̄tendamus alienam. Sunt qui audiant ſunt qui legant nos modo dignum aliquid auribus dignum chartis elaboremus. Vale.
Cuius ego pro ſalute pro moribus hoc ſum magis anxius ꝙ unicus factus eſt. Noſtri in amore mollitiam animi mei.
Noſti metus quo minus te mirari oportebit ꝙ plurimum timeam de quo plurimum ſpero. Vale.
Vt in corporibus ſic in imperio grauiſſimus eſt morbus quia capite diffunditur. Vale.
Proinde dum ſuppetit uita enitamur ut mors q̃ pauciſſima q̃ abolere poſſit inueniat. Vale.
Finem epiſtolæ faciam ut facere poſſim etiam cum lachrymis quas expreſſit epiſtola. Vale.
Hortor ut q̃ plurima proferas q̃ immitari plures concupiſcant nemo aut pauciſſimi poſſint. Vale.
Neſcit ſemel incitata liberalitas ſtare cuius pulchritudinem uſus ipſe commendat. Vale.
Aliud eſt epiſtolam aliud hiſtoriam aliud amico aliud omnibus ſcribere. Vale.
Neque enim cuiq̃ tam clarum ſtatim ingenium ut poſſit emergere niſi illi materia occaſio pariter etiam commendatorque contingat. Vale.
Dices oportere me tuis rebus ut meis uti. Etiam. Sed perinde illis ac meis parco. Vale.
Cum multis & ſæpe tractandum eſt quod placere & ſemper & omnibus cupias. Vale.
Ne quando filium durius acerbiuſque tractes memineris te hominem eſſe & hominis patrem. Vale.
Nihil eſt aut pigrius delicatis aut curioſius ocioſis. Vale.
Hæc ex Plinio apud quem multa id genus alia inuenias.

De epiſtolarum rurſus officio. Titu. xvii.

Epiſtolarum (ut dixi) officium eſt de re familiari aut alia quauis ſcitu digna aut neceſſaria certiores abſentes facere. Interdum autem (ut Hieronymus in epiſtola ad Marcellum ſcribit) eruditionis ſale condiuntur. Præcipue q̃ graues & de phia ſunt. Graues aũt apud Ciceronem licet paucæ ſunt. lxxx. lxxxv. clxxiiii. & q̃dam aliæ. Paſſim autem in Ciceronis epiſtolis reperiuntur ſententiæ cuiuſmodi ſunt ſubiectæ.

Sententiæ illuſtres ex epiſtolis Ciceronis depromptæ. Ti. xiii.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Nunquam præſtantibus in repub. gubernanda uiris laudanda eſt in una ſententia perpetua permanſio. ſed ut in nauigando obſequi tempeſtati artis eſt: etiam ſi portum tenere non queas: cum uero id poſſis mutata uelificatione aſſequi ſtultum eſt eum tenere cum periculo curſum quem ceperis: potius quã eo commutato quo uelis tamen peruenire: ſic cũ omnibus nobis in adminiſtranda repub. propoſitum eẽ debeat (dici quod a nobis ſæpiſſime dictum eſt) cum dignitate ocium non idem ſemper dicere: ſed idem ſemper ſpectare debemus.

Epiſtola.ix.ante finem.

Graue eſt homini pudenti petere aliquid magnum ab eo de quo ſe benemeritum putet: ne id quod petet exigere magis quã rogare: & in mercedis potius quã beneficii loco numerare uideatur. Epiſtola.xvii.

Eſt animi ingenui cui multum debeas eidem plurimum uelle debere. Eadem epiſtola.xvii.

Iam uero mihi non tantum uidentur iniuriam facere hi qui hæc diſputant quã hi cuius aures ad hanc diſputationem patent. Epiſtola.xxxviii.

Quod exemplo fit id etiam iure fieri putant. Epiſtola.xlvi.

Neque imitari malos decet medicos qui in alienis morbis profitentur tenere ſe medicinæ ſcientiam: ipſi ſe curare non poſſunt. Epiſtola.xlviii.

Nõne mauis ſine periculo domi tuæ eſſe quã cum periculo alienæ: Epiſtola.l.

Tempori cedere ſemper ſapientis eſt habitum. Epiſtola.lii.

Qui ſemel uerecundiæ fines tranſierit eum bene & grauiter oportet eſſe impudentem. Epiſtola.lxx.

Tibi perſuade præter culpã ac peccatũ hoi accidere nihil poſſe quod ſit horribile aut ꝑtimeſcẽdum. Epiſtola.lxxix.

Et ſi ea perturbatio eſt omnium rerum ut ſuæ quemque fortunæ maxime peniteat: nemoque ſit quin ubiuis q̃ ibi ubi eſt eſſe malit: tamen mihi dubium non eſt quin hoc tempore bono uiro Romæ eſſe miſerrimum ſit. Nam & ſi quocunque in loco quiſquis eſt: idem eſt ei ſenſus & eadem acerbitas ex interitu rerũ & publicarũ & ſuarum. tamẽ oculi augẽt dolorem: qui ea q̃ ceteri audiunt intueri coguntur: nec auertere a miſeriis cogitationem ſinunt. Epiſtola.lxxx.

Simus igitur ea mente quam ratio & ueritas preſcribit ut nihil in uita a nobis ꝑſtandum ꝑter culpam putemus: eaque cum careremus omnia humana placare & moderate feramus. Atque eo hæc pertinet oratio ut perditis rebus omnibus tamen ipſa uirtus ſe ſuſtentare poſſe uideatur. Eadem epiſtola.lxxx.

Mori nemo ſapiens miſerum eſſe dixit ne beato quidem. Epiſtola.lxxxii.

Non eſt ullum magnum malum ꝑter culpam. Epiſtola.lxxxiii.

In omnibus malis acerbius eſt uidere quã audire. Eadem.

Omnium rerum mors eſt extremum. Epiſtola.c.

Nulla ars litteris ſine interprete & ſine aliqua exercitatione percipi poteſt. Epiſtola.cxx.

Nihil eſt: mihi crede: uirtute formoſius: nihil pulchrius: nihil amabilius. Epiſtola.clxvi.

Fruor dum licet: opto ut ſemper liceat. Epiſtola.clxix.

Tu tamen pro tua ſapientia debebis optare optima: cogitatio difficillima: ferre q̃cunque erunt. Eadem.

Omnia ſum conſecutus uirtute duce: comite fortuna. Epiſtola.clxxviii.

Epiſtolæ offendunt non ſuo loco redditæ. Epiſtola.ccxxvii.

In omnibus ſeculis pauciores reperti ſunt qui ſuas cupiditates quã qui hoſtium copias uincerent. Epiſto.cclxxx.

A flamma ſi non potes omnem partem aliquam uelim extorqueas. Epiſtola.ccccxli.

Amatorie in epiſtolis Ciceronis dicta. Titu.xiiii.

Tametſi mihi fuit optatius quam ut primum abs teipſo: deinde a cæteris omnibus quã gratiſſimus eſſe erga te cognoſcere. Epiſtola.v.

A me omnia ſumma in te ſtudia officiaque expecta: non fallam opinionem tuam. Epiſtola.vi.in fine.

Tu uelim ita tibi perſuadeas nullam rem eſſe minimam q̃ ad te pertineat q̃ mihi non carior ſit quam meæ res omnes. Epiſtola.viii.

Quod autem tibi grata mea erga te ſtudia ſcribis eſſe: facis tu quidem abundantia quadam amoris: ut etiã grata ſint ea quæ prætermitti ſine nephario ſcelere non poſſunt. Epiſtola.ix.

Neque mihi in omni uita res tam erit ulla propoſita quã ut quottidie uehæmentius te de me optime meritum eſſe lætere. Eadem epiſtola.ix.in fine.

Ego utrunque meum puto eſſe & quod ſenatum oſtendere: & quod feceris defendere. Epiſtola.x.

Exiſtimes neminem cuiquam neque chariorem neque iucundiorem unquã fuiſſe quã te mihi. Eadem epiſtola.x.

Et quoniam meam tuorum erga me meritorum memoriam nulla unquam delebit obliuio. &c. Epiſtola.xii.

Spero noſtram amicitiam non egere teſtibus. Epiſtola.xiii.

Illud profecto cognoſces mihi te neque chariorem neque iucundiorem eſſe quenq̃. Epiſtola.xliii.

Hem mea lux: meum deſiderium: unde omnes opem petere ſolebant: te nunc mea Terentia ſic uexari: ſic iacere in lachrymis & ſordibus: idque fieri mea culpa: qui cæteros ſeruaui ut nos periremus. Epiſtola.cccliiii.

Adhortatoria dicta. Titu.xv.

Tu fac animo forti magnoque ſis: ſpereſque fore ut fracto impetu leuiſſimi hominis tuam priſtinam dignitatẽ & gloriam conſequare. Epiſtola.v.in fine ubi notandum Catonem dici leuiſſimum.

Præſta te eum uirum qui mihi a teneris (ut græci dicunt) unguiculis es cognitus: illuſtrabit (mihi crede) tuam amplitudinem hominum iniuria. Epiſtola.vi.

Te uero admoneo tum beneficiis tuis: tum amore incitatus meo: ut omnem gloriam ad quam a pueritia inflammatus fuiſti: omni cura atque induſtria conſequare. Magnitudinemque animi tui quam ego ſemper admiratus ſum ſemperque amaui: ne unquam inflectas cuiuſquam iniuria. &c. Epiſtola.vii.

# DE·EPISTOLIS CONFICIENDIS COMPENDIVM

Breue eſt quod me tibi precipere meus in te incredibilis amor cogit. Tanta eſt expectatio uel animi uel ingenii tui: ut ego te obſecrare obteſtarique non dubitem: ſic ad nos confirmatus reuertare: ut quam expectationem tui concitaſti hanc ſuſtinere ac tueri poſſis. Epiſtola.xii.

Eſt tibi grauis aduerſaria conſtituta & parata incredibilis quædam expectatio: quam tu una re facillime uinces ſi hoc ſtatueris: quarum laudum gloriam adamaris: quibus artibus hæ laudes comparantur in his eſſe laborandum. In hanc ſententiam ſcriberem plura niſi te tua ſponte ſatis incitatum eſſe confiderem. Et hoc quicquid attigi non feci inflammādi tui cauſa: ſed teſtificandi amoris mei. Vale. Epiſtola.xv.

In hanc quoque ſententiam colligerem plura: niſi te mali totum epiſtolarum librum perlegere & ex pleno fonte quæ uelis depromere.

De modo. forma ſtilo: ac qualitate epiſtolarum familiarium. Titulus.xvi.

Texendæ ſunt familiares epiſtolæ uerbis tritis & familiaribus latinis tamen & non faſtidioſis: ſtilo nō multum elaborato ſed ſolerti q̄dam negligentia fulto. Nam ut Cicero meminit in lib. de perfecto oratore q̄dam negligentia diligens eſt. Itaque danda eſt opera ut ſi fieri poteſt in epiſtolarum contextu nulla pelluceat iunctura: dummodo uitetur plebes ſermonis nimia uulgaritas. Sermo itaque erit purus: latinus & ad intelligēdum facilis. Vnde Ci. noſter epiſtola.clxxiii. Verum quid tibi ego in epiſtolis uideor: nonne plebeio ſermone agitur tecum Nec enim ſemper eodem modo. Quid n. ſimile habet epiſtola aut iudicio aut concioni. Et paulopoſt. Epiſtolas quottidianis uerbis texere ſolemus. Hinc ēt Aulus Gelius. lib.xiii.cap.viii. Auguſti epiſtolas elegantia ſermonis neque moroſa neque anxia ſed facili & ſimplici laudat. Plinius quoque iunior ad Thuſcum ait. Et preſſus ſermo puruſque ex epiſtolis petitur. Seneca item ad Lucilium epiſtola.lx. inquit. Minus tibi accuratas a me epiſtolas mitti fruſtra q̄reris: Quis. n. accurate loquitur niſi qui uult putidie loqui. Qualis ſermo meus eſſet ſi una ſederemus aut ambularemus: illaboratus & facilis: tales uolo eſſe epiſtolas meas q̄ nihil habent exercitum nec fictum: ſed ſi fieri poſſet oſtendere q̄ loqui mallem. Non me hercule ieiuna eſſe & arida uolo que de rebus tam magnis dicentur. Neque enim philoſophia ingenio renunciat. Multum tamen operis impedi uerbis non oportet. Epiſtola etiam.xv. inquit. Sed ne epiſtolæ modum excedam qui non debet finiſtram manū legentis implere: in alium diem hanc litem cum dialecticis differam. Hæc ille. Qui ſiniſtram manum legentis impleri ſignificat cum longior fuerit epiſtola: tunc enim & dextera & ſiniſtra tenetur.

Verba itaque epiſtolarum non tam erunt uetuſta ut abſoleta & deſica ſint. nec tam recentia ut ignota: nec tam exculta ut moroſitatem præ ſe ferant: nec tamen ita neglecta ut faſtidiant. Verba autem præantiqua fugienda mouet. Aulus Gellius lib.i.cap.x. ubi poſt multa dicit Atque id quod a Caio Cæſare excellentis ingenii ac prudentiæ uiro in primo de analogia libro ſcriptum eſt: habe ſemper in memoria atque in pectore: ut tanquam ſcopulum ſic fugias. inauditum atque inſolens uerbum. Ex obſcuris autem & exoletis (ut ait uerulanus) quæ omnino uitanda ſunt famam eruditionis non affectabis. Sunt. n. qui ſe multa uidiſſe inaniter gloriantur. ſi nimis priſce loquantur.

De accurata prouidentia in componendis epiſtolis habenda. Titulus.xvii.

Quicquid dicturus aut compoſiturus es totum mentis oculo priuſquam inceperis præuidebis & excogitabis: Excogitatum ſuo ordine diſpones & diſpoſitum decenter exornabis. Sunt. n. in componendo tres pulchritudines obſeruandæ. ingenioſa excogitatio ſiue in neutro: uenuſta diſpoſitio atque economia. Et decens uerborum ſententiarūque exornatio Sub quibus continētur quinque orationis membra. Inuentio. diſpoſitio. elocutio memoria. & pronunciatio. de quibus in dicto opuſculo dilucide tractat Sulpitius.

De ornatu epiſtolarum. Titulus.xviii.

Tametſi autem epiſtolæ familiares rhetoricos colores aut poeticas fictiones non exquirunt: habent tamen ſuos ornatus. nam barbara & ſordida refugiunt uocabula. Improprietatem ſermonis aſpernantur & ineptos ſermones contemnunt. Figuras tamen poeticas non agnoſcunt: neque uocalium aut ſyllabarum concurſum tam ſedulo ut orationes fugiunt. Numeros non obſeruant: ſed oratorias figuras: ut hyperbolem: liptotē: eclipſim: & ſimiles ſi raræ ſint nō euitāt

De decoro ſeruando in epiſtolis. Titu.xix.

Decorum autem tam rerum q̄ uerborum q̄ perſonarum etiam in epiſtolis apte ſeruabitur. Nam rebus grauibus accōmodabitur ſermo grauis. Et perſonis futilibus ſermo inconſtans: ita ut ſermo uerus animi index cenſeatur: ſed de his alibi latius.

De epiſtolæ & litterarum conſimiliumque quantum ad elegantiā cū numeralibus diſcrimine. Titu.xx.

Epiſtola & quæcūq; alia ſingularem habentia citra diſtributionem poſita. numeralia diſtributiua refugiunt: quæ litteræ & cætera ſingulari carentia etiam citra diſtributionem admittunt. Sub diſtributione autem omnia indifferenter diſtributiua aſciſcunt: ſed ad tantum pluralis non fiet ſingularis relatio. dices ergo duas aut tres epiſtolas te dediſſe: & binas aut ternas litteras ſi uni duntaxat dederis at ſi duorum ſingulis duas epiſtolas dederis non inepte dixeris dedi pueris meis ad te binas epiſtolas. Cum autem dixeris accepi binas litteras: addes quarum alteris reſpondeo. ſi duas epiſtolas quarum alteri &c. De qua re & de reliqua latini ſermonis elegantia Laurentium Valeñ. conſules: Nos uero quantum ad epiſtolarem faciat rationem hæc ſatis eſſe ducimus.

Finis Compendii Aſcenſiani de epiſtolis.

## Index eorum quæ annotatu digna interpretes tradiderunt.


A

Aeneas cur pius.
Aures conſulendæ.
Ago.
Actor.actuoſus. 3
Adoro.
Accuſo.
Agere cauſam.
Accipio.
Auctor.auctoritas. 4
Auctorare &c.
Actiones.actus.
Aſſentio.aſſentior.
Appeto.appetitus.
Agnoſco. 5
Apud.
Ago cum populo. 6
Afficio. 8
Accipio. 9
Agri camp.diuiſio. 16
Aliptes. 22.128
Apelles. 23
Alacer &c. 24
Appulia. 27
Ad ſummum.
Ad ſummam.
Adoleſcentia.
Agnomen. 28.131
Attamen
Accuſo.
A.Ab.abs.
Ad ſummam in ſumma.
Amor.
Animus.
Acceſſio.Acceſſus.
Adoleſcentia. 29
Accidunt mala. 30.181
Ante poſt.
Aeque ac atque. 30.115
Ad.apud.
Admiror.
Afficio &c. 31
Ars
Alter.
Adamo. 32
Aure certior oculus.
Aduento. 33.34
Appropinquo 33
Animus liberalis 34
Ago.ago gratias. 38.89
Amo.Diligo. 38.148
Aedilis.
Amanus.
Agger. 39
Aedilitas &c. 40
Aeſtiua. 49.42
Acta. 44
Appium. 45
Apamea 46
Alarii. 47
Ambo.
Ambitioſus.
Ad urbem. 55
Amanus 58
Ambitus. 62
Applicare.
Ariſtarcus. 63
Aduerſus. 65
Abfui parte & partem horæ
Acceptatiſſime.
Adeo.
Adhibitus.
Acquieſcere. 67.68
Approbare.
Atque. 68
Ars quid a doctrina.
Adhuc. 69
Ac.
Affuiſſem.
Arma. 70
Aegina.
Aſia. 71
Ante.
Augures.
Animus.animia. 72
Auctoritas. 73
Appropinquo. 74
Amor.amicitia. 75
Apud. 76
Adeſſe. 77
Aequo animo
Aeſculapius. 80
Athenæ. 81
Academia. 82
Abiectus 83
Attendo
Abducere
Accedere. 84
Accomodare.
Allator.
Aperte. 86
Arrogans. 88
A.ab.e.ex. 90
Apagete.
Animaduerſio. 93
Adhibere fidem.
Agere tecum.
Ardeo. 94
Arripere. 95
Annales.
Aſſentatores.
Ageſilaus 96
Auertere.
Agitare.
Amens. 113.109
Auctorem eſſe. 112
Aſtura. 117
Aeſopus 118
Aes alienum. 120
Acrocorinthus. 122
Andabata. 123
Amabilior.
Arpinum. 127.203
Amabo. 137
Arabes 138
Arſacidæ 139
Architecti. 142
Alſia. 143
Ariſtarchus
Aſteriſcus 146
Attellanæ comed. 150
Area
A nobis eſt. 152
Aquinum. 155
Agrippa.
Aphricanus
Acta 157
Amor.amicitia. 158
Aduertere animum.
Animaduerto in te. 159
Auxilium. 161
Alere. 168
Auxilia 174
Argenteus fl. 175
Ambitio.
Aſſidere.
Aduerſus. 185
Arunci
Auſonii. 194
Auſter. 197
Agere gratias.
Aptus. 198
Anguſtie. 199
Atella. 201
Acceſſio. 205
Aſſis partes. 208
Ambitio.ambitus.
Auitus. 209
Alabanda. 211
Athenais.
Acerrime
Admirari 224
Aberratio 230
Alitia.
Actio. 232
A tergo a fronte. 234
Apricari.
Aduolare. 236
Amplecti. 237
Argumentum
Auocare.
Accurrere. 228

B

Barce. 11
Bonum uerum. 14
Bona dea. 17
Bonum triplex. 30
Buſtuarii 31
Balbus. 39.152
Belli incendia. 66
Bene actum mecum. 70
Bœtia.Boetia. 81
Benignitas. 83.226
Binæ litteræ. 85
Bene eſſe. 90
Bene.bonus. 95
Breuis. 106
Beatus 107
Bellum. 108
Bellus 125
Bonorum poſſeſſio 127
Beta. 129
Beluaci. 132
Bauli. 133
Beſſis. 208
Barcilia. 212
Belliſſimus. 219
Butrotum 221
Biduum. 225
Buccinator. 237
Bilienus. 238

C

Cum imperio.
Creditor
Calumnia.
Cauillatio.
Contentio.
Compoſitio. 2
Correctio.
Cauſa.
Creditor.
Calumnia. 3
Cum & tum.
Coram. 3.70
Curia calabra.
Claſſis. 4
Conſul.
Cupio.
Cognoſco.
Commoueo.
Concilio. 5
Curio. 6
Comitium. 7
Contendere
Comitium 8
Caldus.Calfactus. 9
Certior fio.Certus ſum. 10
Clemens 10
Cupio. 11
Conor.
Commotio.
Conſulares. 12.181
Clodii inceſſus 16
Comitia tributa.
Comitia curiata 19
Colligo me. 22

Clinicus. 23
Conſtantia
Comitia 24
Cum primum.
Cōdēno crimine & criminis
Cognomen 28
Culpa careo.
Conſuetudo
Conuerſatio.
Charitas 29
Copia copiæ.
Ciuis.conciuis
Cognoſco. 31
Certum facio.
Comparo. 32
Curare.
Cogito. 33
Capere.
Cura.curatio.
Credo.
Commendo. 35
Conditio.condictio.
Compoſitio
Compilatio 37
Copiæ. 39
Concio. 40
Cunctum.Totum.
Ciuitas.Vrbs. 41
Conſolor. 43
Commodo.Mutuo. 46
Clementia. 48
Conſobrinus. 49
Conſultor.conſultus. 50
Conſolatio.
Conſcribo. 51
Caſtra. 54.62
Committere. 58
Curſus.
Complecti. 72 84
Celeriter. 62
Confice. 64.83.94
Cenſores.cenſere. 64
Cumæ.comum.
Conſilium. 66.67.
Cōmunicare. 67
Calamitas.
Callere. 70
Cōmitto.cōmendo.
Circumcirca
Corinthus.corcyra.
Cohibere.
Confirmare. 71.77
Clam.
Curare.curatio. 72.117
Commentari. 74
Conduco.
Certe. 75.79
Conari. 75
Cenſere. 77.105.
Concedit.
Cedere
Complector. 77
Caput.capitulum. 79
Caſus.fortuna. 80
Chilones.bis
Cogere
Codicilli.bis.
Contubernales. 81.103
Commerere. 83
Cōari.Niti. 70.84.94
Conſuetudo. 84
Concilio.Reconci. 86
Contumelioſus.
Conflare. 87
Concio.
Coactus. 88.173
Cumulate. 91
Cliens. 92
Coram. 94.112
Caliſthenes. 95
Commentarii. 97
Contendere.
Conuictus. 98
Contingere. 100
Commoueri.
Corrigere. 101
Continuo. 102
Confici. 105
PHI. n Ondum erat.❡In ſcribendis epl̄is poſſum⁹ uti uel non uti artificio.Id eni in noſtro arbitrio ſitū eſt.Sed cum negocium habet aliqd̄ pōderoſum.Cice.magna ex pte loq ſtudet.Hanc epl̄am ſi qs diligenter attē dat:nihil inueniet qd̄ non ſit laude:& admiratōe digniſſimum.Eſt eni arte & ſubtilitate dicendi admodū plena.In qua exordienda in primis auditorem facit attentum:cum rem magnam pollicetur allaturum:ut magni tudo rei fecit:ut non uereremur ne nimis cito mitteremus.Et ibi beniuolum reddit.❡Ego ſi mea in te eſſent offi cia ſolum curio tanta:Item a perſona auditoris.Sed qa tua in me uel nota oibus.Docilem fecit cum paulopoſt inqt.In milonis cōſulatu fixi.& locaui.Eſt aliud pterea aiaduertendum hanc petitōem illis quattuor rhetoricis ptibus cōſtare:ut ſit pſtandi facultas:ſit honeſtum qd̄ petitur:habeat modum:ſequatur remuneratio.Poſſibilita tem oſtendit cum ait.Huic te unum tanto adiumento eſſe ſi uolueris:poſſe intelligo.Modum uero:cum ait.Ha bemus hæc oia:& ut ſubuenias huic meæ ſollicitudini:uel ut ueri⁹ dicam ꝓpriæ ſaluti tuum ſtudium dices:deni q; remuneratōem oñdit:ut de ipſo.T.Annio tantum polliceor.Sed ut qd a Cicerōe petatur:facili⁹cognoſci poſ ſet:breuiter argumentum exponere uiſum eſt.Id aūt eſt hmōi.T.Annius Milo cōſulatum magna quadam cōten tione petebat:cui⁹ tunc erant multi cōpetitores potentiſſimi uiri Scipio Hypſeus:& Metellus.q̄ rex non erat mi nori curæ.Ci.q̄ Miloni cum pp amorem in ſe maxium:tum uel in primis pp magnitudinem meritorum:q̄ in eum Milo cōtulerat:nam ei⁹ opa Tul.ab exilio reuocatus maxia cum gratulatōe ciuium in urbem Romam reuerſus eſt.Igit̄ Ci.tanti non īmemor beneficii oibus in rebus uel præſertim in eo cōſulatu benemeriti gratiam referre co nabatur:ut talem magiſtratū.Ci.induſtria cōſequeretur:uel maxie ꝙ illi Clo.Cice.inimicus plurimum aduerſaba tur:& cōpetitoribus fauebat Erat eni eodem anno Clo.ꝑturam petiturus:quo Milo cōſulatū;:nec ignorabat Mi lone cōſule pui pōderis in rep.futuram eſſe ꝑturam ſuam.Quapp oī arte milonem inſectabatur ne cōſulatu; adi piſci poſſet Tul.uero multum ac diu in hac re pficienda laborauit.Nec dum cōſecuta res erat cum ex aſia romā

Dum donec Curio reuerteretur.Et quoniam non ignorabat:ꝙ q̄cqd erat ampliſſimum.in repu.Curio pp opinionem:q̄ de ſe cōcitarat:facile conſequi poſſet:nō dubitauit id p litteras ab eo petere:qd̄ erat illi maxium:maximeq; neceſſa rium ut ipſe conſulatum a ſenatu ꝑ Milone peteret:quem certo ſciebat non negaturum eſſe.❡Nondum.eiuſdē; ferme naturæ ſunt dum & donec:ſed elegantia differunt.Nam ne.non nec commode iunguntur cum dum:nunq̄

Italia tn̄ cum donec.Significāt etiam dum & donec uſq; ad:uel q̄diu.& donec ſubiunctiuo:dum indicatiuo conueniūt:

Vento ut litteris inſeruiam donec moriar.i.uſq; ad mortem:& tua merita recordabor dum uiuo.i.q̄diu uiuo.❡Ad ita

Aduento liā.Varro & Timæus a copia bouum quæ in italia eſſe dicitur:appellatum exiſtimant.ιταλοσ.n.ueteri lingua

Aſia græcorum bouem ſignificat.Virg.uero a duce dictam Siculo fuiſſe cōmemorat:ut nunc fama minores italia; di xiſſe ducis de noie gentem.❡Aduentare.uentare.& aduentare dicimus frequentatiuum a uenio. ❡Ex aſia.in q̄ geſſerat magiſtratum.ab Oceani:& Thetyos filia:& Iapeti coniuge aſiam inqt Heſiodus appellatam.Lydi ue ro ab Aſio Eotyi filio noiatam fuiſſe cōmemorant.Eſt ēt eius nois palus in Lydia caiſtro ꝓxima:gruibus abun dātiſſima.❡Romā uerſus:ſic exigit elegātia:ut hæc pticula uerſus poſtponat̄ dictōi.Sic Sulpitius ad Ciceronē. Megara uerſus nauigarē.Quid aūt de urbis Rōæ appellatōe ſentimus in libro de honoribus publicis diximus. ❡Profectū.diſceſſiſſe.❡Cōſtaret.manifeſtū eēt.❡Magnitudo.attentū facit.❡Nimis cito.an̄ aduētū.❡Velle mus.optaremus.❡Ego ſi mea.ordo eſt.Ego cōtendere:& eſt pricipiū cōciliādæ gratiæ Curiōis ad ſcipm:demō ſtrat ſe plus Curiōi dēre:q̄ curio Cice.deberet.Sed ꝑ magnitudine aī pollicerer̄ ſe illi accumulatiſſime ſatiſfactu rum.❡Magis.ꝑ maius a poſitiuo magnū nō.n.dicius maius ſtudeo:ſed magis ſtudeo:nec maius potuit Scipio q̄ Hānibal.Pōpeius tn̄ ab eo dictū exiſtimat qd græci μαλλον dn̄t.❡Prædicari.apte laudari.❡Ponderari. μετaφορικοσ ꝑ exiſtiari.❡Cōtēdere.petere.❡Graue ē.n.Senſus ē ꝙ cū qs hō prudēs:& modeſtus aliqd̄ in quēpiā bn̄ficiū cōtulerit:ſitq; poſtea ipſe ab eo aliqd magnū petiturus:moleſtū eſt petere:quoniā:putat ne bn̄fi cium:qd̄ prior ipſe contulerat repetere:& pro eo quaſi mercedem exigere uideatur:& eſt exornatio:quam græ

ci γνώμην:noſtri ſententiam dicunt.¶Petere.petimus gratia:poſcimus meritis:poſtulamus iure:expoſtulamus q̄
rela:flagitamus ardore:rogamus præcibus.De quo ſe benemeritum putet in quē ipſe beneficia contulerit.¶Loco mer
cedis.ꝑ remuneratione collati beneficii.¶Exigere debitum repetere.¶Tua beneficia. ¶Nouitate meorum tēporū:
dum fuit in exilio:nouitas.n.plerunq; pro temporum perturbatione ponitur.& tempora pluratiue ad fœlicitatē ut plu
rimum referuntur.Cice.O tempora:o mores.& qua aduerſis temporibus beneficia præſtantur:ſolent eē chariora . &
magis cognita:unde ſubiūgit:clariſſima & maxima extitere.¶Sunt & tpa fœlicitatis.ſed raro ſine epitheto ponūtur .
¶Eſtq; ai ingenui.pertinet ad animum liberalem & nobilem.nam ruſticorum ai recipiēdis beneficiis iacent: niſi teme
ritate aliter ſe gerant.Ingenuus ille dicit̄:q liberis parentibus natus eſt:nec poſtea factus ſeruus econtrario Libertinus:
q iuſta ſeruitute manumiſſus eſt.¶Debeas.eleganter ponitur ſecunda pſona pro tertia tam in uerſu q̄ in proſa oratio
ne.Iuue.Dicas forſitan unde igenium par patriæ.¶Debere.obligatum eē:huius uerbi ſignificationem Ci . in parado
xis explicauit hoc modo.Tu poſſe te dicito:quoniam qdem potes:debere te:ne dixeris;qñ nihil qs debet: niſi quod
eſt turpe non reddere.¶Non dubitaui.dirige ſic uerba.Sed qa tua &c.¶Per litteras.non expectando reditum tuum.
¶Neq;.n.ſum ueritus.refutatio eſt & quaſi reſponſio obiectioni.¶Vel.pro ēt.ut Teren.uel rex.& in phormione uel
occidito.Interdum pro ueluti:ut Teren.uel hic pamphilus.Alias eſt diſiunctiua coniunctio . Plærunq; correptionem
ſignificat:ut Cice.uel optimam me ſane uitam.¶Conſiderem.pro cōſtanti haberem poſſe accumulatiſſime gratias re
ferre.¶Gratiam.beneficium.¶Capere.cum id quod in nobis eſt aſſumimus:capere dicimus:q ſe dignum in accipien
do beneficio cognoſcit illud accipere non dubitat.& id magni & liberalis hois eē philoſophi tradiderunt.¶Cumulan
do.plura referendo q̄ acceperat.¶Ego oia mea ſtudia.¶Articulus eſt. ¶Studia uoluntates.& affectus ai . ¶Cura.
differt a Curione:hæc proprie medicorum:cum uero reliquorum eē dicitur non a curando , ut inqt Priſcianus appella
ta.ſed ab eo ꝙ cor urat.Hinc Ennius quaſi huius nois originem explicans inqt:curāue leuaſſo.quæ nunc te coqt.Hāc
græci μεριμναν dicunt hinc ēt ꝓ amore latini capiunt.Vir.At regina graui iamdudum ſaucia cura.¶Induſtriam.
a qua non fit iduſtrioſus ſed iduſtrius:ſicut nec a uirtute uirtuoſus.licet Boeti⁹ uirtuoſum tu ne dicas.Has.n.deriuatio
nes latinitas aſpernatur ſed pro uirtuoſum Tullius dicit bonum iuſtum ſtudioſum fortem nunquā uirtuoſum apud Ci.
iuenies ex quo ait tametſi uitioſum dicit.uirtuoſum tamen dicere non auſum.¶In eo.conſulatu.¶Officii.quod ꝓ me
ritis in me ſuis efficere debeo fructus ē uoluptas.gauderē.n.multū non ſolum uideri uſus officio in Milonē:ſed laudari
plus in eum fuiſſe ; ¶Pietatis.nunc pro ſingulari amore pietatem accipimus.& plus eſt q̄ officium ut ſupra diximus.
¶Laudem.commendationem.¶Debere quærere.ut Milo conſulatum omnino conſequatur.& illud proprie quæri di
citur.quod cum difficultate inuenitur.¶Non ſolum.& non modo ſemper exigunt poſt ſe aut ſed aut uerum ut non ſo
lum Athenis cognomen deportaſſe.ſed prudentiam & humanitatem intelligo.& in epiſtola ad Appium.Ita eſt homo
non modo prudens.uerumetiam quod uidi curioſus.Sed caue dicas nedum pro non ſolum.Eſt enim alius loquēdi mo
dus.Exigit.n.ante ſe orationem hoc modo.Adirem pro te mortē ne dum uerba pro te facerē & ſub uno uerbo utrāq;
ſententiam complecti hoc modo.Adirem pro te mortem ne dum laborem.At nullo modo dicendum eſt ſic , Nedum la
borem pro te adirem.uerumetiam mortem in quo multi errauere.¶Neq; uero.ex quadam quaſi comparatione dicit.
ꝙ nullus unq̄ tanti fecit aut fortunā.aut ſaltē ſuā.quanti ego cōſulatū Milonis mei.Et aiaduerte ꝙ nec & neque elegā
ter iungunt̄ cū hac ꝑticula uero.ſed aūt nunq̄ pati poſſunt quod iure ſibi uendicat non.Dicimus.n.nō autem nec uero
& neq; uero.¶Salutē caue dicas.ſalutes numero.n.multitudinis non iuenitur apud doctos uiros.¶Honos . ut adipi
ſcat̄ conſulatū.honos & labos ꝓ honor & labor nō tā uerſu.q̄ ꝓſa oratione dici poſſunt.Sic in Tuſculanis honos alit
artes ꝙ uir.Semp honos nomenq; tuum.¶Oia mea.nihil excepit.ſed ai corporis.& rerū æternarum bona intellexit
eē poſita pro honore Milonis.ut magis Curio moueretur ad id agendum;quod Tullius pro Milone petebat. ¶Si uo
lueris.uim hn̄t hæc uerba quaſi ad cogendum ut faciat.¶Intelligo.plus eſt q̄ ſi dixiſſet credo.nam quæ intelligimus
certa ſunt.quæ uero credimus falſa eſſe pn̄t.¶Præterea.præter te unum.¶Habemus hæc oia.aperit ſtatum cauſæ.&
rei pagendæ facilitatem oſtendit.& Milonis mores.& gratiam.& adiumenta quæ hēant paucis enumerat. ¶Bonoru;
ſtudium.habemus inqt in primis bonorū ciuiū hoc eſt patriciorum uoluntatem.q conſulatum Miloni uolunt. ¶Conci
liatum.in beniuolentiam Milonis & fauorem adductum.¶Ex tribunatu.ipſius Milonis quando de reuocando ab exi
lio Cicerone legem tulit.¶Propter noſtram.ut ſpero te intelligere cām q̄ uenuſte inter duas cauſas ſimiliter cadentes di
uerſa interpoſita ſunt uerba per cauſam uero noſtram ab exilio reductionem intelligit.de quo ſæpe diximus. ¶Vulgi
ac multitudinis.Repete habemus ſtudium.& per uulgus ac multitudinem plæbeios intelligit . ¶Propter magnificen
tiam munerum.ludorum quos populo antea Milo præbuerat.quibus maxime plæbeiorum animos ad ſe amandum al
lexerat.¶Iuuentutis.repete habemus ſtudia iuuentutis.& aliorum q gratioſi erant in dandis ſuffragiis . Omnes enim
Miloni fauebant,quum ipſe in dandis ſuffragiis maxima prudentia uteretur.ut neminem offendere & multis gratiſica
ri uideretur.Sunt enim ſuffragia.& ſuffragationes in eligendis magiſtratibus uoces & auxilia.quorum uarius ē mod⁹.
Alibi fabis utuntur alibi pilulis ex panno factis:alibi uocibus in tabella ſcriptis.ut Senatus apoſtolicus in eligendo pō
tifice facere conſueuit.Inde ſuffragari pro auxiliari dicimus.& refragari pro repugnare.& ſuffragium pro auxilio pont
tur non tamen dicas.Carthaginenſes ſuffragia miſerunt Hannibali.& huiuſmodi tunc enim auxilia dicimus.non ſuffra
gia . quæ huiuſmodi uocibus.ut ita loquar accommodata ſunt . ¶In eo genere . in dandis ſuffragiis . ¶Noſtram ſuf
fragationem . intellige habemus . ¶Minus potentem.non multæ gratiæ uel auctoritatis . quoniam omnes ſciebant
Ciceronem Miloni plurimum debere . ideo in hac petitione Milonis parum auctoritatis habebat . uidebatur enim
non ratione . ſed gratia & debito moueri . aut ad euitandam arrogantiam inquit minus potentem . ¶At . ſaltem.
¶Gratioſam.ex debito.Solent enim iucunda.& grata eſſe.quæ a debito proficiſcuntur.Quis enim laudat ingratum.
nemo.¶Nomina in oſus deſinentia copiam habituationem uæhementiam . & quandam affectionem præ ſe ferunt .
¶Dux nobis & auctor opus eſt qui ad optimum finem hanc rem ducat. & metaphora a militibus eſſe poteſt.qui
ſine duce non multum proficiunt . ¶Opus eſt . mihi illa res illius rei : illam rem.& illa re dicimus.¶Ventorū.a nau
tis methaphora.& uulgus ac multitudinem itellexit.in quibus nulla ſolet eſſe conſtantia tanq̄ i uentis . & facile ut uen

Poſco
Expoſtulo
Flagito
Rogo
Tēpora
igenuus
Libertinus
Vel
Capere
Cura
Curatio
Induſtria
Induſtri⁹
Pietatis
Nō ſolū
Nō mō
Nedum
Neq; uero
Nō aūt
Honos
Labos
Intelligo
Credo
Suffragium
Suffragatio
Suffragor
Refragor

tí mutanſ. & ut plurimū in contrariam ſnīam. Virg. Scinditur incertum ſtudia in contraria uulgus. ¶ Moderator. cuius perſuaſiōe moueantur: ut eſt illud Maronis. Tum pietate grauem: ac meriti ſi forte uirum quem. Conſpexere ſilent ar rectiſq; auribus aſtant. ¶ Gubernator. μεταφορικῶς a naui: cuius rector gubernator dicitſ: ut Virg. Ecce gubernator ſeſe Palinurus agebat. & in metaphora nauigantium pſeuerauit: cū uētos noīaſſet q ut arte regunt: ita regi a certo duce hmōi multitudinem oportebat: ne tanq̄ uenti mutaretſ: ſed conſtans eſſet in fauore Milonis. ¶ Vnus. pcipuus. ¶ Exoptandus. eligendus. ¶ Si memorē. ſ. beneficiorū: hac uerborū iunctura te uti nolim: ut ab eadem ſyllaba ſumaſ initium dictionis: in qua ſupior deſinit: qn̄ facit icōcinnā orationē: ut illud Maronis. Et dorica caſtra. Eodē mō ab eiſdem ſyllabis dico. Vidēdū eſt inqt Fabius: ne ſyllabæ uerbi prioris ultimæ ſint primæ ſequentis. Id neqs præcipi mireſ: ciceroni excidit in carmine. O fortunatam natam me conſule romā. ¶ Si gratū. in referēda gratia beneficium inqt Cic. male collocatū maleficiū puto. & ſtultū eſt in imemorē & igratū bn̄ficium conferre. ¶ Si bonū uirū. repetitio eſt. & conferre beneficium bono uiro iocundū eſt. ¶ Quod. ſ. me eē memorē. ¶ De Milone. q eſt uir bonus. ¶ Dc. i. pp. ¶ Dices primæ cōiugatiōis uerbū ut Vir. Propriamq; dicabo. Et plus eſt dicare q̄ dare. nā dicamus ppetuo: damus uero ad tēpus. ¶ Vl ut ue. di. correctio ē. ¶ De ipſo. T. Annio. T. Annius Milo dicebaſ: remuneratio petitionis. ¶ Maioris aī. articulus. ¶ Si cōplecti hoiem. modus loquēdi apud diſertos uiros frequētiſſim⁹: p amare & defendere & fauere. ſolent & addere amore uel beniuolētia fauore. & hmōi. & ita dicere: magno te amore complector. & hominem pro illū ponere: ut uidiſti hoiem: hoc eſt uidiſti illum. ¶ Mihi uero. q̄ grande beneficium ſit in eum collaturus oñdit: ſi hanc ſumet p Milone puinciā. ¶ Eundē. ita diligētē. & benignum. ¶ In laude mea. maxime ſibi laude futurā exiſtimabat ſe eius opa milo cōſulatū adipiſceretſ. ¶ Qui. qualis. ¶ In ſalute. qn̄ ab exilio reuocat⁹ eſt. ¶ Vbiq; lo. ſuā ab exilio reuocationē ſalutē appellat. ¶ Ego ni te. ordo ē: ego plura ſcriberē: ni te & cetera. His uerbis cām oñdit: cur nō pluribus uerbis ſecum agat: cum ſciat Tullium miloni plurimum debere. ¶ Officii. in me collati ab eo. ¶ Cōmendo. indocti dicūt: recōmendo. & recōmitto. & recōmendationē. Tu fac dicas cōmendo: cōmitto: cōmendationē. & intereſt multū quū cōmēdo te principi dicimus. & cōmēdo te apud prin. Nā cōmendo te principi: ē cōmitto te. Cōmendo te apud prin. ē laudo te. ¶ Atq; tra. eſt. n. tradere alicuius fidei ſe cōmittere & ſub eius præſidio eſſe. ¶ Habeto. ad finem ſpectat: ut diximus ante. ¶ Præcipue. ante alios. ¶ Pietas. ſingularis obſeruantia amoris. ¶ Studio. opera & diligentia. & fauore. Sane legendum tuo unius ſtudio: non tui unius. ¶ Confido. conſtanter teneo: uel credo: ut alibi Cicero. Quanq̄ a cratippo principe huius memoriæ philoſophorū hæc te aſſidue audire: atq; accipere confido.

Dico: do

Cōmēdo te Principi

Cōmēdo te apud principē

XVII

M. T. C. Proconſul. Curioni tribuno. Pl. S. P. D.

SEra gratulatio repræhendi non ſolet: præſertim ſi nulla negligentia prætermiſſa eſt. longe enim abſum: audio ſero. ſed tibi & gratulor: & ut ſempiternæ laudi tibi ſit iſte tribunatus exopto. Teq; hortor: ut omnia gubernes: & moderere prudentia tua: ne te auferant aliorum conſilia. nemo eſt: qui tibi ſapientius ſuadere poſſit te ipſo. nunquam labere ſi te audies. non ſcribo hoc temere cui ſcribam uideo. noui animum. noui conſilium tuum. non uereor ne quid timide ne quid ſtulte facias ſi ea defendes quæ ipſe recta eē ſenties. Quod in id reipubli. tempus non incideris ſed ueneris. iudicio enim tuo non caſu in ipſum diſcrimem rerum contuliſti tribunatum tuum. profecto uides: q̄ta uis ī rep. ſit tēporū q̄ta uarietas rerum. quā incerti exitus. quā flexibiles hoīum uolūtates quid inſidiarū. quid uanitatis in uita ſit nō dubito quin cogites ſed amabo te: cura & cogita nihil noui

VBER.

SEra gratulatio. poſt finitū tempus magiſtratus quem Curio geſſerat in aſia. reuerſus Romam creatus eſt tribunus plæbis: cui Cic. ex Cilicia ſcribens: primum excuſat ſe de ſera gratulatiōe huius dignitatis. Deinde ei gratulatur. & ſimul hortaſ: ut prudentia ſua ita ſe regat ne aliorū conſiliis auferatur. Intelligebat. n. Cicero Curionem a Cæſa. ſollicitari in partes ſuas: quē ut diximus ære alieno oppreſſum tandē adegit itaq; nunc Ci. eū laudās hortatur ut ſit fortis & conſtans in tuenda repu. & cum ſit ſapientiſſimus. ita ut aliis poſſit conſulere. multo melius dicit eū poſſe conſulere ſibi ipſi. Poſtea Cic. dolet q̄ non ſit Romæ. ut poſſet aut ſpectare q̄ pclara a curione geruntur. aut ēt eum conſilio iuuare. poſtremo rogat eum ut det operam ne tempus prouinciæ ei prorogetur. quemadmodum dicit ſe eū rogaſſe romæ coram. ¶ Sera. tarda. ¶ Gratulatio. eſt gaudium ex aliena fœlicitate. alias uero pro actione gratiarum ponitur & gratulari pro agere gratias. Ter. Deſine mulier gratulando deos obtundere. ¶ Prætermiſſa. ad tps omiſſa. ¶ Abſum. qa cilicia pcul abeſt ab urbe roma. & eſt excuſatio feræ gratulationis. ¶ Sero audio. quæ romæ fiunt pp lōgīqtatē locorum. & itinerū difficultatem. ¶ Sed tibi. dicit ſe nunc facere quod diſtulit ut gratuleſ Ci. de tribunatu adepto. ¶ Exopto. uotis & pcibus expoſco. ¶ Iſte. tuus. Sempiterne laudi. ut ita cum geras. ut conſequare ſempiternā laudē. ¶ Gubernes. tractum ut diximus ſupra ab eo qui nauem regit. ¶ Moderere. cum modo & ratione regas.

Gratulatio gratulor

PHI.

Procōſules

SEra gratulatio. cōgratulaſ Curioni quod ex aſia reuerſus tribunatū cōſecutus ſit quē magiſtratum adiiſſe & factū Cæſari inimicū Appianus ſcriptū reliqt. Sed eū tandē ære alieno oppſſum Cæſar in ſuas ptes adduxit. ut añ diximus. Hortaturq; Curionē ad ſuſcipiēdā reip. defenſionē. & p paucos intelligat eē Rōæ. q ſaluā rempu. uelint. adhibeat i cōſiliū neminē. ſed ſe ſolū audiat. ſibi obtēp ret. ſuū dūtaxat cōſiliū ſequaſ. Inde dicit ſe dolere q̄ abeſt ab urbe. & ſpectare nō pt. q̄ ab eo gernnſ in rep. Poſtrēo rē ſuā curiōī cōmēdat: ne ſibi i cilicia progeſ iperiū. Erat aūt tū ci. quū has ad eū litteras ſcriberet ī cilicia pcōſul: curio rōæ tri. pl. Ex quo uidēdū i primis cuiuſmodi magiſtrat⁹ iſti fuerint. Procōſules erāt. q cū ptāte cōſulari extra ordinem i puincias belli gerendi cauſa mittebantur. & eandem propt

modũ ptãtem hẽbant:q̃ cõſules:niſi ꝙ.vi.tantũ lictores ſecũ ducebant.illi.xii.Et ſi qdẽ is aliqua occupatus cã:ad prouinciã ſibi traditã accedere:aut ibi adeſſe nequiſſet:legatũ ſurrogabat:q ꝓpemodũ parẽ ꝓconſuli ptãtẽ gerebat. Res eni grauiores adminiſtrare neqbat:q̃ ꝓconſuli ꝓcurandæ deferebãt. Proconſularis uero dignitas fuit primũ eo tpe:ut arbitror inſtituta.quo Poſthumus Albus:& Sp.Fuſcus conſulatũ gerebãt: quorũ alter aduerſus equos bellum gerens obſeſſus eſt:alter in urbe remãſerat:& is ut collegæ ferret auxiliũ.T.Quintiũ ꝓconſulẽ creauit:ante ipſum inuenio neminẽ.Hæc deinde ita diffuſa & obſeruari cœpta eſt:ut q conſules fuiſſent exacto eorũ officio ſequenti anno ꝓconſules

ſed idem illud : quod initio ſcripſi.tecum loquere : & te adhibe in conſilium : te audi : tibi obtempera : alteri qui melius dare conſilium poſſit:quam tu: non facile inueniri poteſt:tibi uero ipſi certe nemo melius dabit.Dii immortales : cur ego non adſum uel ſpectator laudum tuarum :uel particeps:uel ſocius : uel miniſter conſiliorum:tametſi hoc mime tibi deeſt:ſed tamen efficeret magnitudo:& uis amoris mei:conſilio te ut poſſem iuuare. Scribam ad te plura alias.paucis enim diebus eram miſſurus domeſticos tabellarios: ut quoniam ſane feliciter: & ex mea ſententia rempubli.geſſimus:unis litteris totiꝰ æſtatis res geſtas ad Senatum perſcriberem.De ſacerdo

remanerent:& ad diuerſas belli geredi cãs ꝓuincias mitterent.Tribũorũ tria ſunt genera: Celerũ.Militũ & plæbis.Tribuni celerũ.ccc. milites ad cõtinuũ & regis:& reip. ꝑſidiũ ſub ſe hẽbant:quos primus oium Romulus ex q̃que curia: quas ipſi.xxx.cõſtituere.x.aſciuit: & his tres uiros ꝑfecit.coſq3 quoniã a tribubus elegerat.tribunos uoluit appellari.Celeres uero a celeritate plæriq3 dictos exiſtimãt. Sunt q a Celere.q Remũ occiderat.& q prio his ordinibus a Romulo ꝑfectus fuerat.appellatos putẽt.Tribuni uero militum totius exercitus defenſores erant ne uis aliqua uel ſeditio iter milites orireẽ.Et tres primũ ad poſtulationẽ plæbis cõſtituti: q eandẽ cũ cõſulibus hẽbant ptãtẽ cũ bella ſæuirẽt. & ex plæbe delectus fieret:ne grauiter ferret. Tres in quã cõſtituti fuerũt. Sempronius Attracinus L.Actilius.&.C.Cæliꝰ uiri patricii.M.Genlio.&.P.Curiatio coſ.Ante hos tũ.tri.pl.erãt q aduerſus oẽm ſenatum plebẽ defenderent.Iſtorũ uero creandorum cauſarũ initium fuit ſeceſſio plæ.a patribus i mõtem ſacrum facta q tertio lapide diſtat ab urbe.Fuit & Menenii Agrippæ diligentia hac conditione reuocata.ut plæbeios magiſtratus in urbe haberet. Tunc duo creati ſunt tri.plæ.Aulo Virginio.&.T.Vetulio coſſ.Additi deinde fuerunt tres alii.T.Quintio & Appio Claudio coſſ.Demũ.v.alii.Qu.Minutio.&.M.Horatio Puluillo coſſ.quorũ qdem tribunorũ tanta erat auctoritas.ut oia ſenatus decreta irrita tenerenẽ niſi per eos approbata.ipſorumq3 ſignata ſigillo fuiſſent. Verum q̃ & quanta fuerit tribunorum potentia.A.Gel.Labeonis ſnĩa.atq3 Varronis oſtendit.qđ in eo legere poteris.

Tria tribunorũ genera

Sero Serotius grator gratulor Sempiternum Perpetuũ

¶Sera gratulatio.q̃dam excuſationem ꝑmittit.quoniam aliquantulum tardus in gratulando fuiſſe uidebatur. ¶Sera.tarda.Martialis.Nil facis.& ſerũ eſt aliũ mihi q̃rere regẽ.¶Longe abſum.multũ.n.diſtat ab urbe ro.Cilicia.i qua tũc Ci.ꝓconſul.¶Audio ſero.q̃ romæ gerunẽ.hoc eſt tarde.Nec tu dicas bonũ ſero ꝓ bona ueſpera id.n.nuſquã3 lectũ eſt.tametſi non ſolũ tarde ſignificet.ſed poſt ſolis occaſum.unde ſerotinus.¶Sed tibi.¶Nunc ſe gratulari dicit: ꝙ longinqtas locorũ abſtulerat.¶Gratulor. Gratari & gratulari ſignificatione non differunt.ſed ſtilo.Gratari.n.poetarum eſt.& hiſtoricorũ.Gratulari uero oratorũ.ſignificantq3 uerbis oſtẽdere te gaudere alicuius fœlicitate apud eum q fœlix eſt.& datiuũ uolunt.ut Gratare ſorori.& tibi gratulor.& ad nos ipſos interdũ referri põt ob aliq̃ fœlicitatem noſtram.ut ſi dicimus Gratulor ſcriptis meis.¶Sempiternæ.nunq̃ perituræ.Sempiternum diis damus.Perpetuũ hoibus ¶Moderere.cum mõ.regas & rõne.¶Prudẽtia.q̃ eſt rerũ bonarũ.& malarũ per oẽ tẽpus ſciẽtia.Ne te auferãt.in eorũ ſnĩam ducant defenſionẽ reip.deſerẽdo.& hoc pp Cæſarem dixit.q cum in partes ſuas adducere conabaẽ.qđ tandem fecit.Aufero ex ab & fero.&.b.in.u.mutaẽ.¶Laberis.in errorem cades.accentum in penultima. μεταφορικῶσ dixit. Temere.ſtulte.ſine cã.¶Si te audies.ſi tuũ conſiliũ ſeq̃ris.¶Cui ſcribã uideo.q.d.ſe uideri ad prudẽtiſſimũ uirũ ſcribere.Emphaſis eſt.¶Noui aium.ſ.eſſe magnificũ.laudẽ.& gloriam appetentem.& libertatis amantiſſimum.

VBER. ¶Aliorũ cõſilia.nemine noiat.ſed latẽter ſignificat Cæſarẽ.q nitebaẽ Curionem in partes ſuas.ut diximus.trahere.¶Auferant.abducãt a recto propoſito & ſnĩa defendendæ reip.¶Suadere conſulere.¶Labere.penultima ꝓducta.i.errabis.& eſt tranſlatio.¶Audies te.auſcultabis tibi.& conſiliũ tuũ ſeq uolueris. nam audire ꝑcepta alicuius dicimur cum eis paremus.¶Temere.ſine cã.¶Cui.quali.q.d.ſapientiſſimo & conſtantiſſimo ciui.¶Animum.forte3 & ſtudioſum libertatis.¶Conſiliũ.prudentiã.¶Timide.qa dixit noui aium tuum.eſt.n.timiditas contraria fortitudini. ¶Stulte.pp id quod dixit.noui conſilium.qa ſtulticia contraria eſt prudentiæ.¶Sentiet iudicabis.¶Recta.honeſta nam rectum diciẽ quod cum officio fit.idem & honeſtũ diciẽ ¶Quod.qa.¶Incideris caſu ueneris.¶Sed uene.i.iudicio & certa ſnĩa ueneris.nam incidere eſt caſu incurrere & uenire.ut incidi in latrones. incidi in magnã perturbationem reip.¶Iudicio.i.certa ſnĩa.conſulto.¶Non caſu.non inconſiderate.non fortuito.¶Cõtuliſti tribunatũ in ipſum diſcrimẽ.i.uoluiſti eſſe tribunus in ipſo periculo reip.¶Diſcrimẽ.nunc periculũ. alias experientiã ſignificat & differentiam. ¶Rerũ.iperii & ſtatus Romani.ut Vir.ii.æneí.Poſtq̃ rex aſiæ.¶Cõtuliſti.conieciſti diſtuliſti.¶Vis tẽporum.ipetus & uiolentia temporũ.tpa aũt ꝓ cõditione temporũ ponunẽ.ut ci.o mores o tpa.¶Varietas.diuerſitas.alii.n.gaudent iſto ſtatu.alii dolent.¶Incerti.ignorati.dubii.¶Inſidiarũ.fraudũ.ꝓditionũ.ut Accipe nũc danaũ inſidias.¶Vanitatis.mẽdaciorũ & iſidelitatis.nã ut inqt.A.Gelli.uani ſunt nõ ut uulgo deſipiẽtes.& hebetes aut iepti.ſed ut ueterũ doctiſſimi dicũt mẽdaces & iſidi.& Nõius iſidioſos & ſubdolos dici oñdit.¶Ambo blãdiẽtis eſt ꝑticula cõicis ualde familiaris. ¶Initio huius epl'æ.repetit aũt eandẽ ſnĩa3 diuerſis uerbis.¶Tecũ lo.idẽ eſt qđ ſupra.Nẽo eſt q ſuadere tibi prodẽtius poſſit &c.¶Obtẽpera obſequere.¶Tibi.tuo iudicio.¶Alteri.i.alii.¶Tibi.argumentũ a minori ad maius.ut q aliis ꝯſulere ſciat.ſibi multo meliꝰ cõſulat.¶Dabit.cõſiliũ.¶Dii imortales.excl'o ꝑ magno ꝺſiderio curioſis.¶Nõ ad

VBER.

Timiditas Rectum incidere

Tẽpora

Vanitas Vani

Specta cula ſum.romæ.¶Spectator.inſpectator:cogn'tor:ſpectamus.n.q̄ ſunt uoluptati:unde & ſpectacula laudū:uirtutum:uel
re uera cōmendationum:quas ex tribunatu tuo adipiſceris.¶Particeps.cōicator.uel paſſiue.i.cui tu participares cōſi
lia tua.¶Socius.in laboribus.¶Miniſter.ſuggeſtor.¶Hoc.ſ.habere cōſilia .¶Minime deeſt.qa per te multum ſapis.
¶Vis.uæhementia.ptās.¶Iuua.e auxilio eſſe.¶Cōſilio.meo.¶Alias.alio tpe.¶Paucis diebus . ideſt intra paucos
PHI. dies.¶Domeſticos:proprios meos:nam erant tabellarii publici.
PHI.¶Noui cō.eſſe ſaniſſimū:& reip.profuturū:qđ ex aio tuo naſcit.¶Timide:ad aium refer:timor.n.eſt cōtra ma
Timor gnanimitatē.¶Stulte:ad cōſiliū.ſpes eſt mali

tio tuo quantam curam adhibuerim : quamque difficili
in re atque cauſa cognoſces ex his litteris :quas Thraſo
ni liberto tuo dedi. Te mi Curio pro tua in me incredi-
li beniuolentia meaque : item in te ſingulari rogo atque
oro ne patiare mihi quicquam ad hanc prouintialem
moleſtiam tēporis ꝓrogari.præſens tecū egi quū te tri.
pl.iſto āno for nō putarē . Itaq; petiui ſæpiꝰ p lr̄as : ſed
tū quaſi a ſenator nobiliſſimo:tū adoleſcēte & gratioſiſſi
mo:nūc a tri.plæ.& Curi.tri. nō ut decerneť aliqd noui

tiæ nā ſtultitia ē prudētiæ cōtraria. ex qua na
ſcit cōſiliū.Senties:cēſebis.¶Non inci.ſed ue
neris.Vnū i caſu & fortuna : alterū i iudicio &
cōſilio poſitū eſt.¶Iudicio : cōſilio cōſulto &
dedita opa.¶Caſu.fortuito. ¶Diſcrimen re.
periculū reip.ut eā defenderes . nā res ꝓ ſtatu
reip.poſuit:ut Res agamēnonias :uictriciaq;
arma ſecutus.Virg.Per tot diſcrimina rerum.
Vanus alias differentiā ſignificat.Vir. Tros:tyriuſq;
mihi nullo diſcrimine ageť. ¶Cōtuliſti:cōfeci
Stolidus ſti.¶Tribunatū tuū:ꝙ tribunus eſſe uoluiſti.
cū tāto periculo reſpu.laboraret.¶Tēperū:
ꝑturbationū.¶Quid iſi.quoniam nuſꝗ tuta
fides:numero tātū multitudinis inſidias dicius
& fraudes:atq; ꝓditiones ſignificāt.¶Quid
ua.referť.n.uanitas ad fingenda mendacia:& ꝑfidiā:& differt a ſtoliditate.cuius rei meminit Apollinaris auctore nigi
dio apud Gelliū his uerbis.Vanos ꝓprie dici nō.ut uulgus dicit.deſipientes hebetes.aut ineptos:ſed ut ueterū doctiſ
ſimi dixiſſent mēdaces.& infidos.& leuia inaniaq; ꝓ grauibus & ueris aſtutiſſime cōponētes.Stolidos aūt uocari non
tam ſtultos:& excordes:q̄ tetros:& moleſtos.& illepidos:quos græci ευνσιοκαιβλακασ dicunt.¶Quin:ꝙ nō
ut Quin uatē inſanā aſpicias.Alias quin ꝓ imo ēt:aut atq; ēt ut quin aſpera iuno.Interdū ꝓ cur nō.Virg.Quin tu ali
qd ſaltem potius quorum indiget uſus Viminibus:molliq; paras detexere iunco:& indicatiuo iungiť tam in proſa ora
tione q̄ uerſu.¶Fabius.Quin tu potius amittis iuuenis conſilii rōnem . ¶Amabo . aduerbium & blandientis eſt & in
antepenultima habet accentum.Teren.Dic amabo.¶Cura.& cogita:imperantis uerba non cura & cogitatione:ut q
dam legunt.¶Nihil noui.nolo inqt aliqd noui cogites.aut cures.¶Sed illud idem qđ initio ſcripſi : ſcilicet ne te aufe
rant aliorum conſilia:& hmōi ſuperius dicta.¶Tecum loquere eundem ſenſum cum ſuperioribus per diuerſa uerba.
Specto ¶Conſilium:qa nemo ita fauebat reip.ut ipſe cur o.¶Spectator.q inſpicerem laudes tuas.quas ex tribunatu conſe-
Specta culum queris.Spectare enim ad oia referť.ſed proprie ad uoluptatem pertinet.unde ſpectacula nuncupanť. ¶Tametſi hoc
tibi minime deeſt.quoniam per te ſapis.& potens omnia.& omnes laudum tuarum ſpectatores eſſe poterunt.
VBER. VBER. ¶Tabellarios nuncios qui litteras differunt a tabellis ferendis.¶Vt quoniam.ordo eſt ut unis litteris res
geſtas totius æſtatis ad ſenatum ꝑ̄ſcriberem.quoniam ſane fœliciter &c.¶Fœliciter.proſpere.qa uictoriam habuerat
Sacerdo tes aduerſus parthos.¶Ex mea ſnia.ſecundum uota & optata mea.¶Geſſimus.in hac ꝓuincia. ¶Vnis litteris una epi
ſtola.¶Vnius æſtatis.quas una æſtate geſſi.tunc.n.tempus eſt gerendi belli.¶De ſacerdotio. ſacerdotes oēs a ſacris
dicti.ut uoluit Varro.Erant aūt ſacerdotum uaria genera.alii.n.pontifices a poſſe & facere ſecundum Scæuolā dicti.
uel ut maluit Varro a ponte qa ſublicius pons ab his factus primum & reſtitutus ſæpe.erant aūt & maximi pontifices
& minores.pontificibus uero teſte Macro.erat permiſſa ptās memoria rerum geſtarū in tabulas conferendi.& hos an
nales appellant maximos quaſi a pontificibus maximis factos.unde & Vir.ait ex perſona æneæ pontificis maximi.
Et uacet annales noſtrorū audire laborū.ex aliis ſacerdotibus alii appellant flamines diales.alii martiales .'& denique
ab eo deo cui eſſent ſacrati nomen accipiebāt.Igiť curio aliquod ſacerdotium opera & fauore Ci.de quo nunc ſcribit
Ci.ſe multū laboraſſe.¶Difficili:qa fortaſſe multos aduerſantes hēret.Mi Cu.incipit ei blādiri.¶Incredibili.maxia.
¶Singulari.egregia & incōparabili.¶Oro.plus eſt in ſenſu.q̄ rogo.¶Ne patiare.ne ſinas.ne permittas.¶Moleſtiā.
Oro prouincialem.q̄ in hac prouincia capio Oſtendit.n.ſe inuitū illic eſſe.¶Prorogari.i.differri. ¶Egi tecum.rogaui te.lo
Rogo cutus ſum tecum.¶Præſens.coram cum eſſem romæ.¶Sed tum.oſtendit hanc ſuam petitionē maiorem habere uim
debere.qa ante petierat a Cu.tanq̄ ſenatore ſolum nunc uero a Cu.ēt tribuno.¶Fore quia nondum erat facta mentio
PHI. aliqua de tribunatu ſuo.¶Adoleſcente.iuuene.¶Gratioſiſſimo.ualde grato & accepto.
tabellæ PHI. ¶Tabellarios.litterarū latores.In cæratis.n.tabulis ſcribebāt antiqtus.unde tabellæ pro litteris dicebanť.&
Res ge ſtas tabellæ ꝓ teſtamēto.Iuuena.Signatæ tabulæ dictū fœliciter.¶Ex mea ſnia.ut uolui.nā parthos ſuperauerat.¶Rēp.
geſſimus.cōmodū reipu.fecimus.ad deuitandā arrogantiā numero plurali eſt uſus. Tribus.n.modis plurali ꝓ ſingulari
numero uti poſſumus.Ad magnificentiā ſtili.Luca.Bella per æmathios pluſq̄ ciuilia cāpos iuſq; datū ſceleri canimus
Ad exprimendā indignationē.Virgili.Moriemur inultæ.ſed moriamur ait.Et ad humilitatē oſtendendā ci.Nō ſpe moti
uenimus ad ſcribendū.¶Vnis.noibus adhæreſcit plurali numero tantūmō declinatis.ut arma.litteræ.¶Res geſtas.
in adminiſtratione magiſtratus.& ad rēpu.ꝑtinentibus.inq̄ rebus publicis.ac maioribus.& ad plurimos ēt ſpectātibus
& maxime i re militari res geſtas dicimus.¶Totius æſtatis.quas tota æſtate geſſerāt.¶De ſacerdotio tuo.hāc ſacer
dotii dignitatē Curio affectabat ꝓ ea uero ipetrāda Cicero nō mediocriter laborauit.Ex patribus.n.ut de huius digni
tatis origine aliqd dicamus.Numa ſecūdus a Romulo martiū.M.Fa.Pōtificē primū elegit . eiq; ſacra.ut inqt Liuius:
oia exſcripta.exſignataq; attribuit.Quattuor exinde ex gēte patricia.& totidē ex plæbeia pōtifices cōſtituti ſunt:quo
rum unus dicebať maximus.q ſolus tēplo Veſtæ palladæq; cuſtodiæ una cū ſacerdote maxia ꝓ̄ſidebat.& eius aucto-

ſtate oia ſacra regebant̃.Huic aũt ſacrorũ rex ſuppoſitus erat:ne regis appellatõe regiã dignitatẽ iuaderet:qbus ſacra primũ fuiſſe conſtituta manifeſtũ eſt.Quod tñ ne penitus ad hominum memoria extingueretur:unus tantum ſacerdos poſt reges exactos a repu.iſtitutus eſt:qui rex ſacrorũ ſacrificulusq; diceret.¶Et quoniã erant uaria ſacerdotũ genera. Flamines.Diales.Martiales.Quirinales,Salii.Pontifices minores.Pontifices maximi:reges ſacrorum:ſacrificuli. & q ẽt Cybelles ſacra facerent:q Galli dicebant̃,& qdam alii.Nõ auſim dicere quodnã ſacerdotiũ ex his oibus Curio ap petebat.Satis eſt exponere quod ſacerdotiũ cupiebat.pro quo Cicero adipiſcendo diligenter operã dedit. ¶Difficili. pp competitores.¶Te.mi.Cur.ſad re; ſuã ac cedit:rogatq; curionẽ:det operã:ut exacto tẽ pore magiſtratus:quẽ tunc in cilicia gerebat: ne ſibi prorogetur imperiũ: ſed ad conſtitutam diem redire poſſit in urbem Romam: Liben tius eni manebat in urbe ſine magiſtratu: quã cũ magiſtratu extra urbẽ:quod & in ea demõ ſtrauit epiſtola. Vrbem mi Ruffe cole.& i iſta luce uiue.¶Mi Curio.Suauitatẽ quandã dicẽ di & uim amoris oſtendimus qñ hmõi appel lationes inſerimus Mi Curio: mi Marcelle:mi Ruffe.¶Moleſtiã:quã i hac prouincia patior: cũ inuitus illic eſſet.¶Præſens:a minori ad ma ius.¶Prorogari:i longũ & ultra conſtitutũ tẽ pus deduci.¶Sed tum.ſ.egi tecũ.& locutus ſum de hac re mea.qñ non eras tribunus ple. ſed certe ſenator nobiliſſimus.& adoleſcẽs gra tioſiſſimus.Nũc uero quũ hæc eadẽ a te peto es trib.ple.q multo magis hanc rẽ mihi confi cere poteris.Nũc a tribu.pl.oẽs codices.quos ego hactenus uidi hũc locũ mendoſum habẽt dicũtq; nũc a tyranno.Pu.Lẽtulo eſt aũt hoc modo legendũ.Nunc a tribuno plæ.& a curio ne tribuno:nec tyrannus pro tribuno ponitur. ¶Et a Curione tribuno:non diuerſam perſonã dicit:ſed eandẽ.& ſic dicit a Curione tanq̃ ab eo qui totus eſſet ipſius Cice. & proprium no men artificioſe poſuit in exaggeratione quadã & tanquam ab eo tribuno diceret hoc ſe pete re qui plurimum poſſet in republ.

quod ſolet eẽ difficilius:ſed ut ne quid noui decernatur. Et ut ſenatuſconſultum & leges defendas:eaq; mihi con ditio maneat q̃ profectus ſum. Hoc te uehementer etiã atq; etiam rogo. Vale.

M.T.C.proconſul.Salutem.Dicit.M.Cælio ædili curuli.

Vid tu me hoc tibi mandaſſe exiſtimas: ut mi hi gladiatorum compoſitiones:ut uadimonia dilata: & Chreſti compilationem mitteres: quæ nobis quum Romæ ſumus narrare nemo audeat. uide quantum tibi meo iudicio tribuam nec mehercu le iniuria. Politicoteron enim te adhuc cognoui nemi nem. ne illa quidem curo mihi i ſcribas quæ maximis in rebus reipubli.geruntur quottidie niſi quod ad me ip ſum pertinebit.ſcribent alii. multi nunciabunt. perferet etiam multa ipſe rumor. Quare nec præterita nec præ

VBER. ¶A tri.pl.q.d.a magiſtratu:q nunc p te ipſum potes,quod ante p alios erat faciendum.& primo generaliter dixit a tribuno pp ſupradictam cãm.q plus haberet auctoritatis q̃ añ:deinde ſubdit.Et a cu.q.d.q totus es quem ni hil mihi negare decet.& q poteris q̃tum uoles.Magna.n.uis eſt in noie proprio.q.d. non a quouis tribuno hoc peto: ſed ab eo q potest.¶Non ſubaudi peto.¶Aliqd noui.i.præ hoc meo proconſulatu. uel iperio.¶Quod decernere ali qd noui.¶Difficilius qa difficilius aliqd noui deliberatur pro aliquo in magiſtratu.q̃ ſeruatur id quod fuerat ei promiſ ſum.¶Sed ſcilicet peto.¶Vt ne p ne.i.ut non.¶Decernatur qd noui.i.ut ſenatus nihil oino decernat de hoc meo im perio.niſi ut qua conditione profectus ſum in prouinciam.eadem mihi ſeruetur.quod declarat dicens. ¶Sed peto. ¶Senatuſconſultum quo mihi decreta fuerat prouincia tantũ in annum.¶Et leges qbus cauetur. ut finito annuo ma giſtratu detur ſucceſſor.¶Conditio conuentio,ea enim conditione iuerat in prouinciam ut poſt annum inde diſcederet. ¶Maneat conſtet.ſeruetur ut Virg.æneı.ſ.Tu modo promiſſis maneas.i.non diſcedas a promiſſis. VBER.

PHI. ¶Quod ſolet eſſe difficilius.ut aliqd noui & pter patriũ morẽ decernat̃.qd tũc fieret. ſi tps Ciceroni proroga ret̃.¶Sed ut ne qd noui decernat̃.qd a cõtrario ſenſu ſolet eſſe facilius.ut finito anno e prouincia decedat. ¶Vt ſena tuſcõſultũ.quo decretũ ẽ p annũ hoc mihi.¶Et leges defendas.qbus cauet̃.ne qs ultra cõſtitutũ tps in magiſtratu ma nere poſſit.¶Qua pfectus ſum.hac enim conditione & lege in prouinciam iuerat.ut finito anno e puincia decederet. Legẽdũ ſane cõditio ſine.c.Diſtat.n.cõditio atq; cõdictio.a cõdicẽdo.n.cõdictio naſcit̃.q̃ pnũciatione quadã.& actio nẽ ſignificat.a cõdẽdo uero cõditio deriuat̃.q̃ p fortũa & forte.& quaſi electõe.& cõuẽtõe quadã accipit̃.Caue referas ad naturã.nam non moris eſt ſed fortunæ.Itaq; male dicunt qdã bonæ aut malæ cõditionis quẽpiam.ſi ad naturam re ferunt.At ſi ad fortunã.optime dicũt bonæ aut malæ paruæ.aut magnæ cõditiõis hoiem.ut aut paup ſit.aut diues. & hmõi.q̃ fortunæ ſunt.non naturæ.ut apud Liuium multis in locis legimus cõditiones pacis oblatas.In quo ẽt aiaduer tendũ q q offerunt cõditionẽ nunq̃ aliis uerbis ferme q̃ iſtis utunt̃ fero pone offero conditionem qui uero conditionem accipiunt.nunq̃ alio uerbo.q̃ accipio.Sic Teren.de Glycerio accepit conditionem.Et Liuius conditionem accepcrũt Verum ſi mentis qualitatem ſignificare uoluerimus. non conditionem dicemus ſed naturam.aut igenium,ut bonæ aut malæ naturæ benigni aut maligni ingenii adoleſcens.¶Maneat ſeruetur firma ſit. PHI. Cõditio Cõdictõ

Vid tu Ci.in Ciliciam proficiſcens mandauerat Cælio Ruffo, ut ad eum de ſtatu reipu. ſæpe ſcriberet. in quo ut ei ſatisfaceret Cælius ſcripſerat quecũq; etiam minutiſſima agebant̃.Itaq; ſcribit nunc Ci.ſe non expectare ab eo q̃ quottidie fiunt.quæ a multis aliis ſcribi poterunt. ſed expectare quæ putant̃ futura tanq̃ ab homine prudentiſſimo & reipubli. peritiſſimo. Id autem dicit Cicero. quia iam multo ante olfaciebat diſcordiam ciuilem. VBER.

diſſenſionem inter Cæſarem & Pompeium:quo cum dicit ſe multum locutum.& ab eo ſecreta intellexiſſe de repu.quæ litteris non ſunt cõmittenda:affirmat tñ cum bene de repu.ſentire:hortatur itaq3 cælium ut ei adhereat.& eum ſequatur.Poſtremo rogat ipſum cælium:ut det operam ne tempus prouinciæ ei prorogetur:qa cupiebat finito anno magiſtratus romam redire.¶Quid?modus eſt familiariter corripiendi.& eſt ſenſus:cum ego mandaui tibi ut ad me ſæpe ſcriberes:qd exiſtimas me mandaſſe tibi:ut ēt ea ſcriberes:quæ priuata fiunt.¶Quid.deeſt uerbum.& ſubauditur uel dicis uel reſpondes.¶Mandaſſe:cõmiſſionem dediſſe.nam mandata proprie uerbis fiunt.¶Compoſitiones.proprie dixit hoc eſt comparationes & coniunctiones.

Mãdata
Cõpoſitio
Vador
Vadimonium
Vas
Cõpilatio
Compilo
Pilum

nã alter cõtra alterũ gladiatorẽ eligebatur: ut pares pugnarent.& illa talis cõparatio appellabatur compoſitio: qa uidebat̃ ad cõparationem poni.Hora.i ſermonibus Rupili & Perſi par pugnat uti nõ cõpoſitus meli⁹ cum Bithobachius.¶Vadimonia.fideiuſſiones.¶Dilata:a prætore.Iuu. Differt uadimonia prætor. Vadari eſt fideiubere:inde uades fideiuſſores: ut uoluit Feſtus:q dant̃ in re capitali:inueniuntur tñ & pro cuiuſlibet fideiuſſoribus.¶Chreſti.raptoris cuiuſdã nomen proprium.¶Compilationes.furta rapinas:a pilis tælis romanorum nõ aũt a pilis uellendis: q̃ dictio corripit primã ſyllabã:compilo aũt ꝓducit. Hora.i ſermonibus.Ne me compilaſſe putes criſpini ſcrinia lippi.Dñr ãt cõpillare milites:q occiſis hoſtibus in bello tollũt inſignia.¶Mitteres.ſ.litteris.¶Et ea q̃.nõ placet mihi ut carpat hic Põpeiũ Cæſarẽ & Craſſum:quoniã i hac ipſa epiſtola laudaturus eſt pompeiũ.¶Audeat:ne fortaſſe oſtendat aliquem narrando ea q̃ ſunt cõtra ius & honeſtum.¶Vide.pro audi uel intellige.nam ſenſus ſæpe pro ſenſu ponit̃:ut uideo quantũ me ames:pro intelligo & cognoſco: dictũ eſt ſuperius.¶Quantũ tribuã tibi: quanti te æſtimẽ.¶Iniuriã.imerito.ſ.tibi tribuo multũ πολιτικοτερον.i.ciuiliorẽ:ẽ aũt cõparatiuũ ſecũdũ formã græcam:quoniã & a dictione græca deducit̃.πολίτικοσ.i.ciuilis & ciuitatis peritus.

ſentia abs te ſed ut ab homine longe in poſterum proſpiciente futura expecto ut ex tuis litteris quum formam reipubli. uideri quale ædifficium futurum ſit ſcire poſſim. Neque tamen adhuc habeo quod te accuſem neque enim fuit quod tu plus prouidere poſſes q̃ quis noſtrum: In primiſque ego qui cum pompeio complures dies nullis in aliis niſi de republi. ſermonibus uerſatus ſum. Quæ nec poſſunt ſcribi: nec ſcribenda ſunt. Tantum habeto ciuem egregium eẽ Pompeium & ad omnia quæ prouidenda ſunt in republi. & animo & conſilio paratum. Quare da te homini: complectetur mihi crede. Iam iidem illi & boni & mali ciues uidentur: qui nobis uideri ſolent. Ego quum athenis. x. ipſos dies fuiſſem: multumque mecum. C. noſter Caninius proficiſcebar: inde pridie nonas quintiles cum hoc ad te litterarum: dedi tibi omnia mea commendatiſſima eſſe cupio tum nihil magiſq̃ ne tempus nobis prouinciæ prorogetur in eo mihi ſunt omnia. Quod quãdo & quomodo & per quos agendum ſit tu optime conſtitues. Vale.

¶Nec illã.dicit q̃ nolit ad ſe ſcribi.¶Curo.cupio.¶Niſi.q.i.niſi qd' uidebit̃ tangere uel rẽ uel honorẽ meũ.¶Nunciabũt.uerbis.¶Ipſe rumor.fama ipſa q̃ nihil põt tacere.¶Præterita nec præ.q̃ qſq3 nõ ſtultus facile põt itelligere.¶Sed ut.i.ſicut.¶In poſterũ.in futuro.¶Longe ꝓſpiciẽte.ualde ꝓuido.& futura ẽt itelligente:qd' contigit ſolũ prudentiſſimis.¶Expecto.deſidero.¶Formam.quaſi deſignationem: tranſlatio ab architectis:ut Cice. in primo officiorum. formam qdem ipſam.M.fili.& tanq̃ faciem honeſti uides.¶Viderim.cognouerim.¶Aedificium. perſeuerat in tranſlatione.& eſt ſenſus:ut cum uiderim ex tuis litteris qualem opinionem habes de rep.poſſim cognoſcere qualis ſit futurus ipſe ſtatus reipu.¶Nec tñ.amore amici excuſat eum quod nihil adhuc de his rebus ad eum ſcripſerit.

Verſor

¶Adhuc.huc uſq3.¶Fuit aliquid.¶Prouidere.proſpicere:ante uidere.¶Quiuis.quilibet.¶Noſtrum:mei & cæterorum ciuium romanorum.¶In pri.præſertim.¶Ego.ſubaudi q̃:ut ſit quam ego.¶Compluris.i.multos:abſolute enim ſine comparatione ponitur.¶Verſatus ſum.aſſidue fui.nam uerſari in aliqua re eſſe.¶Quæ.ſubaudi eorum:ut ſit in ſermonibus eorum.i.earum rerum.¶Quæ nec poſſunt ſcribi:pp multitudinem:qa pene infinita locuti ſum⁹.¶Nec ſcribenda ſunt:quia archana ſunt:neq3 litteris diuulganda.¶Habeto.ſcito.¶Egregium.optimũ.¶Paratũ.promptum: aio audacia.& fortitudine.¶Cõſilio.prudentia.¶Prouidentia.ꝑparanda.¶Da te hoi.ſequere hoiem.& ei obſequere.¶Homini.Põpeio.¶Cõplectet̃.accipiet:cũ amore & charitate.¶Illi.Põpeio.¶Vident̃.iudicant̃.i.eoſdẽ exiſtimãt & bonos & malos ciues.quos ego bonos & malos iudico.¶Ipſos decem.i.totos decem dies.¶Multum: ſæpe p illos decẽ dies.¶Mecũ.ſubaudi fuiſſet.Noſter amicus.utriuſq3.¶Proficiſcebar.diſcedebam.¶Inde.athenis.¶Quintiles iulias.¶Pridie nonas.ſexto die Iulii q eſt pridie nonas.¶Cũ qñ:quo tpe.¶Hoc litterarũ.has litteras:hoc ſubſtantiue ponitur.¶Tum maxime.¶Nihil magis.cupio eſſe cõmendatum.¶Quam.ſubaudi hoc.¶Ne tẽpus.ſpaciũ tpis adminiſtratio.¶In eo:ne tẽpus proroget̃ mihi.¶Oia ſunt.oia conſtitui.qa nihil aliqd peto:ſi mõ id aſſequi potuero. ¶Quod.q̃ res:ne prorogetur tẽpus.¶Quando.quo tpe:an ſtatim acceptis litteris meis:an expectata opportunitate alius tpis & diei.¶Quomodo.qua uia qua rõne.¶Per quos.quorum fauore & ſuffragio.¶Agendum tractandum. ¶Tu.qui es ſapientiſſimus.& es romæ.¶Conſtitues iudicabis:uel diſpones.

VBER.

PRimũ tibi.creatus erat Cælius ædilis curulis cõpetitore:ut qdam uolunt:Attilio:quodam hoie & glorioſo iactatore:q an̄ repulſam ædilitatis iactauerat ſe habere quoſdam iuuenes gratioſos:quorum ſuffragiis oia poſſit obtinere q̃ uellet:quos & tunc ẽt iactabat.Itaq3 primum Cicero.gratulatur Cælio q̄ factus ſit ædilis:deinde agit ei gratias:q̄ dediſſet ei quem poſſet ridere.nã ſcripſerat Cælius quæ ſolitus eſſet iactare cõpetitor ſuus Attilius:quem in petitione ædilitatis ſuperaſſet:de quo tantum ſe riſiſſe ſcribit Cicero:ut

pene uidereť deſipere.Poſtremo ſignificat ſuũ erga Cæliũ amorẽ meritũ & debitũ.¶Præſenti.ædilitate.¶Sperata.futura:qa poſterũ te ad maiora uenturũ ſpero.¶Serius.tardius:ſubaudi gratulor.¶ignoratione.rerum oĩum:qui ignoro oĩa q̃ romæ tam publica q̃ priuata fiunt propter longinquitatem locorum:ut ſubdit.¶Quo.ad quæ loca.

## M.T.C.Cælio ædili curuli.S.D. ✗/✗

PRimum tibi ut debeo gratulor lætorque cum præſenti tum etiam ſperata tua dignitate ſeriꝰ nõ negligentia mea ſed ignoratione rerum omnium.In his enim ſum locis quo & propter longinquitatem & propter latrocinia tardiſſime omnia perferuntur. Et cum gratulor: tum uero quibus uerbis tibi gratias agam non reperio:quod ita factus ſis ut dederis nobis: quemadmodum ſcripſeras ad me:quem ſemp ridere poſſemus.Itaq; cum primum audiui ego ille ipſe factus ſũ. Scis quem dico Egique omnes illos adoleſcentes: quos ille iactitat. Difficile eſt loqui:Te autem contemplans abſentem: & quaſi tecum coram loquerer: non edepol quãtam egeris rem:neque quãtum facinus feceris:quod quia præter opinionem mihi acciderat: referebam me ad illud:incredibile hoc factum obiicitur. Repente uero

p Rimum tibi.Cicero Cælium Ruffum ſingulari beniuolentia complectebatur:& amicorum eſt rebus ſecundis amicorum gaudere aduerſis dolere:lætatur itaq; Cicero plurimum:atq; illi congratulatur:ꝙ ædilitatem Curulem conſecutus ſit:uel p̃ſertim ꝙ in ea petenda.C.Attilium competitorem euicerat iactabundum hominem:q dicere ſolitus erat oĩs adoleſcentes Romanos habere ſe:q̃ in eo ſibi magiſtratu conſequẽdo ſuffragarentur. Agitq; ex hoc illi gratias.ꝙ hominem dederat:quem ſemper ridere poſſet ſcripſerat eñi Cælius q̃ Attilius iactare ſolebat qbus Cicero riſu emori quodãmodo uidebatur:ſingularem deĩde ſuum amorem Cicero in Cælium oſtendit.¶Dignitate.nunc ædilitatem intelligit:ſed dignitas eſt:ut a Cicerone diffinitur:alicuius honeſta:& cultu & honore digna auctoritas: cuius uero poteſtatis eſſet ædilitas:ſuperius diximus.In his enim ſum locis:in Cilicia.¶Quo.in quã ciliciã.¶Tardiſſime:poſt longum temporis ſpacium.

PHI. dignitas

VBER. ¶Tardiſſime:poſt multum tẽpus.¶Latrocinia.graſſationes & pericula latronum q obſident uias.¶Tum uero.maxime p̃ter gratulationẽ.¶Quibus uerbis.qua oratione.¶Gratias agam:qa hãc rem ſibi adeo gratam oſtendit:ut ſe ei obligatum exiſtimet.¶Ita factus:ita conſecutus quod uolebas.¶Semper.qa habebimus iſtũ de quo ſcribis: perpetuam riſus & ioci cauſam & materiam.¶Audiui.inanem iactantiam hominis.¶Ille ip.fa.ſ.rep̃ſentaui illum & factus ſicut ille.¶Scis.q.d.non uult a parte nominare:¶Egi.rep̃ſentaui:finxi uerbũ comicũ.¶Iactitat oſtẽtat:inaniter laudat.¶Adoleſcẽtes:iuuenes.¶Difficile eſt lo.ne ĩtelligar ab oĩbus.¶Contẽplãs:cõſiderãs.¶Abſentẽ.a me qa es romæ.¶Quaſi:tanq̃.¶Corã:ĩ p̃ſentia.¶Egeris.p̃feceris cõſilio tuo.¶Facinus:factũ ĩ bonã ptẽ.¶Feceris:qa agimus aĩo & cõſilio:facimus rebꝰ.¶Præter opinionẽ p̃ter expectationẽ:qa fortaſſe aliqd ſcripſerat Cæliꝰ eẽ factũ:ꝙ Ci.nunq̃ eẽt opinatus:& ẽ ſenſus.Ego cõtẽplãs te abſentẽ non cõtẽplãs q̃tũ egeris facinus:referebã me ad illud &c.qa te cõtẽplabar nõ ãt id ꝙ feciſſes:ideoq; uidebať mihi ĩcredibile.¶Referebã.m.reuocabã me:redibã.¶Ad illud oſtẽdit qd ſit illud.ſ.¶Incredibile:grauius eſt eñi ĩcredibile q̃ inopinatũ & p̃ter ſpem.& ſubaudi ĩcredibile eẽ uix.n.poterat.Ci.credere.¶Factũ obiiciť.i.occurrit mihi eẽ factũ a te:qđ ſcripſeras.¶Obiiciť q̃ſi ante oculos offerť.¶Repẽte:ſtatĩ:ut credidi eẽ factũ.¶Inceſſi.igrui inuaſi.

Ago Ago Facio

PHI. ¶Propter latrocinia.q̃ uiolatoribus fiebant priuſq̃ Ciceronis prouinciam ingrederenť.Sed inqt Strabo ꝙ multa in cilicia latronia exercebanť:unde & pyratæ Cilices appellanť. Sed cilices ut pyratæ fierent cauſa fuit Triphon:& regum ignauia:q tunc Ciliciæ ac Syriæ ex ſucceſſione imperabant.Latrones uero in bonã partem accipiebant antiquitas:& pro eis q conducti militabant:a λατρευω qđ eſt colo:& ſeruio appellati:nunc aũt pro craſſatoribus & q in uiis ex latere adoriunť & craſſanť:aut latenter:& ex occulto inſidianť.¶Perferunť:taq; in ſimplici q̃ in compoſito multas id uerbũ ſignificationes amplectiť.Eſt eñi ferre portare:oſtentare:habere:pati:conferere:diſturbare dicere:dare exhibere:dirigere:ducere.In compoſitione uero pro qualitate compoſiti ſignificantiam ſumit:ut efferre:ad ſepulchrũ portare.Teren.Effertur funus.& extra ferre.Liuius.oĩa ex oppido efferuntur.Differre:in longum trahere.Cicero.In aliud tempus differendum puto Virg.Diſtulit inſerã cõmiſſa piacula mortem:& differentiam eſſe:ut Murus & paries differunt:& hoc loco perferre ſignificat portare:& denunciare.alibi uero tolerare.& pati.Teren.Omnes perferre:ac pati & hmõi multa cum hoc uerbo compoſita uariam ſignificationẽ accipiunt.¶Et cum gratulor.Cum & tum interdũ ſignificant q̃uis & tamen.ut hoc loco intelligendũ puto.& alibi Cicero.cum in oĩbus cauſis grauioribus.C.Cæſar initio dicendi cõmoueri ſoleam uæhementer.q̃ uel uſus.uel ætas mea uideť poſtulare.tum in hac ita me multa perturbant.
¶Quibus uerbis tibi gratias agã.adeo mihi rem gratam feciſti.ut tibi perpetuo me debiturum agnoſcam.& q̃uo ſatis tibi dignas agere gratias poſſim.non reperio.¶Agimus uerbis gratias.habemus animo.referimus factis. Plautus ad ciceronem.Immortales ago tibi gratias.agãq; dum uiuam.nam relaturũ me affirmare non poſſum. Cicero ad Vatinium.Nec enim tu mihi gratiã habuiſti.uerũ ẽt cumulatiſſime rettuliſti.Sed referre gratiã tam in bonã.q̃ in malam ptẽ dicere poſſumus.In bonã cicero.q̃ pietas erit in referenda gratia iucunda.In malam. Teren.Quicquid uenire in mentem nunc mihi poſſit.qui referam illi ſacrilego gratiam.q hunc ſuppoſuit nobis.Reddere uero & perſoluere grates dicunt poetæ.Virg.Grates perſoluere dignas.Aliud præterea notandum puto ut ſemper dicas Ago gratias pluratiue & habeo gratias uel gratiã utroq; numero.& refero gratiã numero ſingulari.Raro autem uel nunq̃ refero gratias numero multitudinis dicimus.Illud uero in hac ſignificatione multi regratior dicunt.non eſt latinum ſed barbarum.Nec referre deo gratiam dicimus:ſed agere.aut habere.eodem modo quo ſalutamus deos.¶Quod ita factus.quaſi dicat

PHI. Pyratæ Latrones Fero Efferre Differre Perferre Cũ & tũ Ago gratias Habeo gratiam Refero gratias Reddo grates

quod optabas adeptus ſis. ¶Dederis.conſtitueris. ¶Quæ ſemper ridere poſſemus:ea uidelicet:quæ.C.Attilius com‑petitor tuus iactabat:aut quem legendum: ut de eo ſic intelligat;dediſti nobis unum qui nobis perpetuam præbebit ri dendi atque iocandi materiam contemplando eius ineptias. ¶Cum primum audiui: quæ ad me de Attilio ſcripſeras ſiue ipſum Attilium.quem mihi tuæ litteræ attulerunt tanq̃ loquentem me coram. ¶Ego ille factus ſum.præſentando illum tanq̃ minus quaſi ſum factus ille Attilius. ¶Scis quem dico.nolebat ab aliis intelligi:ſed Attiliuȝ dicebat. ¶Ego tanq̃ minus repræſentaui geſtu & uerbis. ¶Quos ille iactitat:in laudem ſuam.& dicit omnes ſe habere adoleſcentes romanos in ſuffragiis gratioſos. Iactare ẽ ina niter gloriari. Virgilius. Illa ſe iactet in aula.

perſoluo grates.

Marium quidem ſucceſſorem tarde uideo eſſe uenturum
propter ea quod ſenatus ita decreuit:ut cum legionibus
iret.Vni epiſtolæ reſpondi.Veni ad alteram.Petis a me
ut Bibulo te quam diligentiſſime commendẽ:in quo mi
hi uoluntas non deeſt:ſed locus uidetur eẽ tecum expo
ſtulandi:ſolus enim tu ex omnibus qui cum bibulo ſunt
certiorem me nunquam feciſti:quam ualde bibuli uolun
tas a me ſine cauſa abhorreret:permulti enim ad me de
tulerunt quam magnus antiochiæ metus eſſet:& magna
ſpes in me atque in exercitu meo ſolitum dicere quiduis
ſe perpeti male:quam uideri eguiſſe auxilio meo.Quod
ego officio quæſtorio te adductum reticere:de præ

Gnato:Itaque forſan non abſurde hoc in loco accipietur commodare pro cõmodum facere:gratificari & inſeruire.
❡Vt præda:tanq̃ præda:quæ non mea eſt:ſed publica.❡A præfectis:ab his qui p̃ſunt ipſi pecuniæ.❡Attributa eſt
mihi:pro portione mea mihi aſſignata & data.❡Curatur.adminiſtratur.❡A quæſtore.qui eſt mihi datus a po.Ro.
❡Quod q̃ris.ad aliam partem.❡Decretæ in Syriam:quæ in Syriam mitti debebant.❡Antea.ſuperioribus diebus
priuſquam parthi tranſirent.❡Nunc ſenſus eſt:nunc certus ſum ꝙ omnino non uenient:ſi modo antequam diſcedant
ex Italia auditum fuerit Syriam eſſe pacatam.& ſine periculo propter diſceſſum parthorum.❡Quin non.ſ.u.quin
omnino non eueniant.❡Si ante.ſ.quam diſcedant ex Italia.❡Ocium.pacem.❡Succeſſorem.tuum.❡Iret.ueniret.
❡Cum le.quas ſi duxerit non ita properare poterit:ſicut ſi ſolus ueniret ſolutus cura exercitus regendi.❡Petis.inci
pit reſpondere ſecundæ epiſtolæ.❡Bibulo.prætori Syrie ſiue anthiochiæ.nam utroque nomine eadem prouincia ap
pellatur.❡In quo.ut commendem te.❡Voluntas.quia libenter facio.❡Expoſtulãdi.quærendi de te.& te accuſandi.
❡Locus.occaſio:tempus.❡Ex omnibus.qui erant apud Bibulũ:a quibus factus ſum certior de eius erga me animo:
a te ſolo nihil unq̃ mihi ſcriptum eſt.❡Abhorreret a me.alienata & diſiuncta eſſet.❡Sine cã.quia nulla re eum offen
deram.❡Permulti.probat apertiſſimo & certiſſimo multorum teſtimonio:ꝙ bibulus a ſe abhorreret.nã iminente ma
gno periculo Antiochiæ:quũ multi dicerent uirtute & exercitu Ciceronis poſſe ei prouinciæ facile ſubueniri.ſolebat
dicere Bibulus ſe potius paſſurum quoduis malum & periculum:q̃ uideri eguiſſe auxilio Ciceronis:qđ eſt argumentũ
magnæ alienationis animi & peſſimæ uoluntatis:nam in magnis periculis niſi ſimus oĩo animo peruerſiſſimo.ſolem⁹
ab oĩbus uel inimiciſſimis auxilia libenter accipere.& neminem prorſus aſpernari.❡Solitum.ſ.bibulum.ſolitum autẽ
qa non ſemel:ſed ſæpius id dixiſſet.❡Quiduis quodcunq; malum incõmodum.❡Quod.ſ.dictum bibuli.❡Non mo
leſte:non grauiter:indulgebam enim tibi.❡Adductum.motum.❡Officio queſtorio.qđ ſub eo p̃tore gerebas:propter
qđ non auſus es id ad me ſcribere:ne fortaſſe tibi illud officium eriperet.❡Tractare.ab ipſo Bibulo a quo te male

tractari audiebã: licet tũ nõ auderes dicere: q̃ ille de me dixiſſet. ¶Ad Thermum: is etiam in Aſia proprætor erat: ut ex ſequenti Epiſtola cognoſcetur. Præerat autem ei parti Aſiæ q̃ dicitur Bithynia. ¶Litteram: non epiſtolam dicit: ſed litteram pro elemento ponit: ut eſt. a. b. c. q. d. Quum ad Thermum qui erat remotior ſcribere de bello quod parthi inferent Ciliciæ ne unam quidem litteram ad me miſit: ad quem ſciebat pertinere illud bellum: quia eram uicinior p̃this. ¶Tantum: hoc dicit: ſolum ſcripſit ad me de auguratu filii ſui: quia res ſua erat: filius enim bibuli uoluerat fieri augur in quo q̃rebat fauorem Ciceronis: qui auguratum cum ſumma gloria geſſerat: & in eo magnam habebat auctoritatẽ.

tore tuo non moleſte ferebam: quanquam quemadmodum tractare audiebam. Ille autem quum ad Thermum de parthico bello ſcriberet: ad me litteram nunquam miſit: ad quem intelligebat huius belli periculum pertinere tãtum de auguratu filii ſui ſcripſit ad me: in quo ego miſericordia cõmotus & quod ſemper amiciſſimus bibulo fui dedi operam: ut ei quam humaniſſime ſcriberem. Ille ſi omnibus eſt maliuolus: quod nunquam exiſtimaui: minus offendor in me: ſin autem a me eſt alienior: nihil tibi litteræ meæ proderunt. Nam ad ſenatum quas bibulus litteras miſit: in his quæ mihi cum illo erant communia ſibi ſoli attribuit: ſe ait curaſſe ut cum quæſtu populi pecunia permutaretur. Quod autem meum erat proprium: ut alariis tranſpadanis uti negarem. Id ẽt ſe populo remiſiſſe ſcribit. Quod uero illiꝰ erat ſoliꝰ id mecum communicat. Equitibus auxiliariis inquit cũ ampliꝰ frumẽti poſtularemꝰ. Illud uero puſilli animi &

¶In quo: in qua re: miſericordia propter filiũ eius: qui fortaſſe erat uir bonus: & oppugnabatur iniuſte a quibuſdam ne auguratum aſſequeretur. ¶Ei: non ad eum ut pleriq; omnes male arbitrantur: ſed pro eo. dicimus. n. ſcripſi tibi litteras pro p̃tura tua. hic enim tibi ſignificat pro te. ¶Scriberẽq;: cõmẽdatitias litteras. Offendor: lædor. i. non moleſte fero. ¶In me: eſſe maliuolum: quia puto eſſe ferẽdum in me quod facit in alios omnes. ¶A me: ſolum: & non ab aliis. ¶Proderunt: quas accipiet ab eo a quo ſit alienus. ¶Non ad ſenatum: alias probationes eius ſeu maliuolentiæ ſeu alienationis animi adducit: quia quum ſcripſiſſet bibulus ad ſenatum: quæ ſibi communia eſſent cum Cicerone: ſibi ſoli attribuebat: quia erant ad laudem: quæ uero erant ſua ſolius cõmunicabat cũ Cicerone: quia ex eis aliquid repræhenſionis merebatur: quæ autem ea ſint Cicero declarat. ¶Se ait curaſſe. ideſt quod ſibi ſoli attribuit: quum id eſſet ſibi commune cum Cicerone. ¶Pecunia: quam ex p̃da contraxi. ¶Quæſtu: lucro. ¶Permutaretur: uel in aliã pecuniam q̃ redderetur poſtea Romæ uel in aliquas merces: quibus aliquod lucrum haberetur: ut interdum fieri ſolet: quod quum fuiſſet conſilium tam Ciceronis quam bibuli: bibulus tamen ſibi ſoli attribuebat. ¶Quod autem: ecce peruerſi animi iudicium. qui ſibi ſoli attribuebat. qđ erat ei commune cum Cicerone & quod eſſet proprium ipſius Ciceronis: ſibi quoq; aſcribere. id autem hoc erat. nam cum haberet Cicero in Cilicia milites italos ad tuendam prouinciam miſſos: ea pacata diſceſſu Parthorum Cicero milites dimittendos cenſuit: ut populum Romanum eius ſtipendii impenſa leuaret: cuius rei cum bibulus ne conſcius quidem fuiſſet. ſcripſit ad ſenatum ſe quoq; milites illos cenſuiſſe dimittendos: ut uſurparet Ciceronis de ea re cõmendationis partem. ¶Proprium: non alius cuiuſq;. ſ. ut. ¶Negarem uti. ut dicerem me nolle uti. ¶Alariis: equitibus qui alarii dicũtur. q uice alarum pedites tegant Militaria autem uocabula ut uoluit. A. G. tradita ſunt ab ipſis rebus: quæ ita nominãtur proprio: quarum rerum in acie inſtruenda ſui cuiuſq; uocabuli imagines oſtenduntur. Sunt autem fere hæc quibus inſtructa certo modo acies appellari ſolet. Fons. ſubſidia. cuneus. orbis. globus. forfices. ſerra. alæ. turres. cornu. Et item quædam alia inuenire eſt in libris eorum qui de militari diſciplina ſcripſerunt. ¶Tranſpadanis. Longobardis. ultra padum habitantibus. ¶Id etiam. ſicut ego. cum nihil omnino ſciret. ¶Populo. ut eius gratiã hoc facto quærat. ¶Quod uero erat ſolius. qđ ipſe ſolus fecerat me inſciente mecum communicat. & quod hoc ſcit declarat. ſ. equitibus auxiliariis. hæc ſunt uerba bibuli quæ ſcripſerat ad ſenatum & po. Ro. cum enim peteret plus frumenti a populo Romano ꝓ uictu equitum. qui erat in Aſia a ſociis in auxilium miſſi. imiſcuit Ciceronem qui nihil petebat quoniam ſatis prouiderat ſuis. Bibulus autem ſcribebat in plurali numero. ¶Poſtularemus. quaſi dicat ego & Cicero. eſt autem oratio imperfecta. cuius pars tantummodo poſita eſt ad indicandam maliuolentiam bibuli. qui Ciceronem admiſceret ei rei. cuius omnino eſſet ignarus. debuerat enim dicere cum poſtularem. ¶Illud uero. aliud euidentiſſimum argumentum maioris maliuolentiæ ꝙ Ariobarzanem litteris ſuis dedignatus eſt appellare regem. quia ſenatus cum opera & ſuffragio Cice. regem appellaſſet. & ipſum Ciceronem cõmendaſſet. Ariobarzanes Rex cappadocũ. quem Senatus Romanus regẽ appellauit: cõmendauitq; Cice. ut eius regnum ſalutẽq; defenderet. ut optime apparet libro decimoquinto huius uoluminis in epiſtola ad. M. Catonem & ſenatum hunc Bibulus ob maliuolentiam in Cice. in litteris quas ad ſenatum ſcripſit. ubi opus erat eum nominare. uoluit regem appellare. ne uideretur Cice. honorare. cuius cauſa fuerat a Senatu rex appellatus. ¶Puſilli animi. parui. & minuti & uilis animi. id eni faciebat ut ulciſcerentur odium & maliuolentiam ſuam in Ci. uindicta autem delectari puſilli animi eſt. Iuuenalis. Quippe minuti ſemper & infirmi eſt animi exiguique uoluptas ultio. ¶Ieiuni & inanis. inſatiabilis. inexplebilis. tractum a ieiuno & a uacuo & eſurienti ſtomacho. qui non facile ſatiatur cibo. ita & animus iniquus non facile expletur maliuolentia. Iuuenalis ſatyra penultima. Hinc ieiunum odium. ¶Per me. opera mea. ¶Cõmendauit: ut eius quaſi patronus eſſem. & ſalutem regnũque tuerer. ¶Iſte. Bibulus. ad contemptum autem dixit iſte. quaſi iniquus & maliuolus. qui dedignatus eſt quod Senatus eſt dignatus. ſcilicet appellare eum regem. ¶Ariobarzanis. nam & pater eodem nomine appellabatur. ¶Hoc animo: talis tam malo & peruerſo. ¶Fiunt deteriores: fiunt peiores. ¶Rogati: ſcilicet ab aliquo. cum quiſpiam rogauerit eos. ordo: qui ſunt

Alarii

hoc animo quo eſt Bibulus rogati fiunt deteriores. ❡Sed quaſi dicat. licet ſit tā malo animo ut rogatus a me uideatur futurus deterior. ❡Sed tibi morē geſſi: obſecutus ſum tibi: q̄a te ei cōmendaui. ❡Litteras: cōmendatitias ꝓ te. ❡Quare litteras: miſit eni eas Ci. ad ipſum Caninū. ❡Quod uoles: uel reddes ei uel omittes ut tibi faciendum uidebitur.

ipſa maliuolentia ieiuni atque inanis: quod ariobarzanem quia ſenatus per me regem appellauit: mihiq; commendauit: iſte in litteris non regem ſed regis Ariobarzanis filium apellat. Hoc animo qui ſunt detertiores fiunt rogati Sed tibi morem geſſi: litteras ad eum ſcripſi: quas quum acceperis: facies ꝙ uoles. Vale.

M. T. C. Impera. Qu. Thermo procon. S. D.

Officium meum erga Rhodonem: cætera quæ mea ſtudia quæ tibi ac tuis præſtiti: tibi homini gratiſſimo grata eſſe uehementer gaudeo mihique ſcito indies maiori curæ eſſe dignitatem tuam

VBER.

Officium: ſcribit Ci. ad Thermum prætorem ſiue proconſulem bithyniæ: qui ſcripſerat ad Cice. ſibi grata fuiſſe officia q̄ in Rhodonem contuliſſet. & ea etiam q̄ in ipſum Thermum & cæteros p̄ſtitiſſet. quare dicit ſe uæhementer gaudere. Deinde quia diſceſſuro Thermo ex prouincia contendebat queſtor eius cum legatis ut potiꝰ ipſe pponeretur quā ipſi legati: & Thermus magis uidebat inclinari ad legatos p̄ficiēdos: hortat Ci. ne hoc faciat: ne irritet animū ipſiꝰ q̄ſtoris nobiliſſimi. probatq; intereſſe & utilitatis & honoris Thermi proponere ipſu; q̄ſtorem legatis quis aūt fuerit hic q̄ſtor neq; Ci. hic dicit. neq; adhuc mihi eſt compertum. ❡Rhodonem: hunc intelligimus fuiſſe amicum quempiam: aut forte ēt neceſſariū Thermi. ❡Officiū: beneficiū & promptam humanitatē. ❡Studia: fauores. ❡Indies: dietim: ſ; hoc minus eſt in uſu: non incongruum tamen.

PHI.

Officium meū: Valde iocundū eſt: quū quis officium in quempiam confert ut illud accipienti gratum eſſe cognoſcat Hinc eſt illud Terentiani Soſiæ dictum: gaudeo ſi quid feci aut faciam: qđ placeat Simo & id gratum fuiſſe aduerſum te habeo gratiā Eodem mō nunc Ci. qui in Thermum: & Rhodonem eius beneficia contulit: illa Thermoꝰ grata fuiſſe uæhementer gaudet. erat autem Thermus proprætor in helleſponto: & de prouincia diſceſſurus: & quemnam in prouincia ſuo loco dimitteret: agitabat. Contentio erat inter q̄ſtorem eius & legatos maxima: quū quiſq; ipſorum Thermi loco relinq conaretur. Thermus autem magis aſſentiri legatis: q̄ q̄ſtori uidebatur: unde has Ci. ad eum litteras perferendas curauit: quibus eum uæhementer hortatur: & multis rationibus probat: ut uelit q̄ſtorem ſuum legatis anteferre. Sed priuſq̄ hanc epiſtolam explicemus: pauca de hoc magiſtratu dicamus. Prætorum tria eſſe genera diximus: quū de honoribus publicis tractaremus: urbanum: peregrinum & prouincialem. ❡Prouinciales autem ad gubernandas, tutandaſq; prouincias cum exercitu legebantur: qui & proprætores dicebantur: q̄ſtoreſq; ſecum ducebant: & legatos. & tot proprætores: creabātur. quot urbes in deditionem. P. R. deuenerant. Vrbani uero p̄tores urbi p̄ſidebant: apud quos ius omne & publicum: & priuatum erat. Et eorum quidem tanta erat auctoritas: ut ob honorium ius: quod ab ipſis ferebatur: honorarium diceretur. & nouum ius condere. & uetera abrogare poterant. & conſularem prepemodum dignitatem obtinebant. Lictores tñ ſex dūtaxat habebant. Sed cum Paulus Emilius in hiſpaniam p̄tor proficiſceretur. xii. lictores ſecum duxiſſe a Po. Ro. conceſſos inuenio. Trabea item ipſis erat & curulis ſella. & quū ipſi abeſſent p̄fectus urbis conſtituebatur eorum loco: & poſt tribunorum militum dignitatem fuerunt bellica tempeſtate inſtituti pp grauiſſimū onus quod conſules ſuſtinebant. Peregrini poſtremum additi urbanis p̄toribus fuerunt. quū admodum imperiti eſſent. rebuſque gerundis ſatisfacere nequiuiſſent. qui peregrinos audirent. Prætores uero ideo appellati. ꝙ populo p̄irent. id Lucilius quem Varro teſtatur. ait. Ergo p̄toris eſt ante & p̄ire: & eodem auſpicio creabantur. quo conſules. hinc & conſulu; collegasꝰ fuiſſe dicebāt. ❡Officiū. nūc bñficiū. ❡Rhodonem. ſororium thermi. ❡Præſtiti. accōmodati ad id faciendum quod petitur. Sed huius uerbi ſignificatio peculiaris eſt melius eſſe. Item excellere. unde dicitur p̄ſtantia excellētia. Hi uero loci pleni ſunt omnes beniuolentia. ut auditorem alliciat. ❡Indies. hoc eſt quottidie. Verum indies. indie; & quottidie differunt. Indies. n. ut plurimum cum comparatiuo iungimus. & αυξηcιν habet ut hoc loco. indies. maiori curæ. Etiam ſine comparatiuo. ſed ſua cum αυξηcι Indiem uero multi dūtaxat in p̄ſenti diei rationem accipiunt. & cu; hoc uerbo uiuo ut plurimum coniungi uolunt. ❡Sic Fabius nō ut feræ uolucres p̄ſentis mō temporis memores indiē uiuūt. Verū ego in longi tp̄is rōnem Terentianā Pythiam accepiſſe intelligo. quū ait credo ſed indiem iſtud parmeno fortaſſe qđ minitaris, tu iam pendebis. Eodem mō in horas. & in horam dicimus Quottidie uero tam cum αυξηcι q̄ ſine αυξηcι dici pōt. unde ex elegantia ſermonis quottidie lego dicimus indies lego non dicimus. & cum cōparatiuo. ut paulopoſt. Mihi magis magiſq; quottidie de rationibus tuis cogitandi. ❡Dignitatem. p̄turam in helleſponto. ❡Quod autem ibi magiſtratum geſſiſſet. aliæ nobis ad eum litteræ ſignificauerunt. Oīa inquit tibi cōmendo negocia eius. q̄ ſunt in helleſponto & alibi. Siquid habebit cum aliquo helleſponto controuerſiæ. ut in illam adminiſtrationē relicias. ❡Integritate. & clæmentia. de his ēt alia in epiſtola. ❡Sed tñꝰ quū me non fugiat quanta ſit in p̄tore auctoritas p̄ſertim iſta integritate. & grauitate clæmētia. qua te eſſe in omnis conſtat. ❡Sed mihi. conſilium ſuum aperit. ut quæſtorem relinquat in prouincia ſuo loco non legatos. ❡Rationibus. de rebus. ad rempu. pertinentibus. & honorem. & ſalutē tuā. ❡Ariſtonius enim ad Ciceronē pro hoc negocio a Thermo miſſus fuit. & idem dedit illi cōſiliū. quod nunc dat Thermo grauiſſimas ſcilicet inimicitias ſuſcepturu; ſi legatos q̄ſtori ppponeret. ❡Inimicitias. Caue dicas inimicitiam numero ſingulari. Nuſq̄ eni inimicitiam leges niſi apud Enniu; q ſic habet. Ego eo ingenio natus ſum. amicitiā. atq; inimicitiam in fronte promptā gero. ❡Adoleſcens. quæſtorem dicit. ❡Ignominia affectus. ſi tu de prouīcia diſceſſurus alterū reliqueris. q̄ quæſtorē tuū. ❡Ignominia. iniuria. eſt enim hæc nominis nota. atq; macula. ❡Habes. argumentū ab auctoritate. Et eſt ratio, quare ſit ignominia. ❡Honoris gra

Prætores Ius honorariū

Preſto Preſtātia Indies Indiem Quotidie In horas In horā

Inimicitiæ Ignominia

du ſupiorē:quoniā quæſtura pluris apud prætorē erat q̄ legatio. ❡Thermus:enim quæſtorē habebat & legatos. Nā uice imperatoria quæſtores in exercitu ex decreto. P. R. fungebant. ❡Nobilitatē:raro ſine adiuncto ponimus. Meſon eſt. In laudē uergit: & in uituperationē dicta qdem quaſi noſcibilitas & nobilis quaſi noſcibilis. unde nobile ſcortum: nobilem latronem dicimus. Eiuſdē ſunt naturæ eximius: & inſignis. unde meretricē inſignem & eximiam appellamus. ❡Hoc ipſo:hac re qđ eſt q̄ſtor. ❡Nocere: Antipophora ē:rñdit enim tacitæ obiectioni:quā Thermus facere potuiſſet: & dat ei cōſiliū:ut euitet inimicitias. ❡Perſpicio:antiqui ſpicio ſine cōpoſitione dicebant. hoc tēpore ſine compoſitione utimur: & pro qualitate coniuncti ſignificationē amplectitur. Tres fratres:habebat enim quæſtor eius fratres duos. ❡Dictus frater:quaſi fere alter unde Cice. de Qu. fratre dixit. Quod alterum me reliqſſem. Siue a ligua græcorū antiqſſima φρητωρ q α Δ ε λ φ α hodie nūcupaī. ❡Summo loco natos. dat his auctoritatē & locū p nobilitate generis capimus alias argumētū ſignificat extra notā eius ſignificationē. ❡Prōptos:diligētes: & ſtrenuos. ❡Nō idiſertos eloquētes. maximā eni uim habet ad cōcitādū populū eloquētia. Dicūtur eni hæc oīa ad pterrēdū Thermū:ne quæſtori tuo legatos anteferat.

Nobilitas
Nobilis
Eximius
inſignis
Perſpicio
Frater

Quæ quidem a teipſo ītegritate & clementia tua ſic amplificata eſt:ut nihil addi poſſe uideatur. Sed magis mihi: magiſque quottidie de rationibus tuis cogitandi placet illud meum conſilium quod initio Ariſtoni noſtro: ut ad me uenit oſtēdi: graues te ſuſcepturum inimicitias ſi adoleſcens potens & nobilis a te ignominia affectus eſſet: & Hercle ſine dubio erit ignominia. Habes enim neminem honoris gradu ſuperiorem. Ille autem ut omittam nobilitatem: hoc ipſo uincit uiros optimos: hoīeſque innocentiſſimos legatos tuos quod & q̄ſtor eſt: & quæſtor tuus. Nocere tibi neminem iratum poſſe perſpicio: ſed tamen tris fratres ſummo loco natos promptos non indiſertos te nolo habere inimicos preſertim iure: quos uideo deinceps Tribunos Pleb. per triennium fore: tempora autem reipubli. qualia futu

VBER. ❡Dignitatem:auctoritatem. ❡Integritate:continentia contra auaritiam. ❡Clementia:manſuetudine: & eſt contraria iræ:remittit autem clementia de eo qđ poſſet quiſpiam de iure perſequi & punire. ❡Sed mihi. dat ei conſilium ut præponat potius quæſtorem prouinciæ q̄ legatus & reddit rationē ſui conſilii. ❡Rationibus:negociis & utilitatib⁊ tuis. ❡Ariſtoni:is a Thermo ad Ciceronem miſſus fuerat de hac re: cui Cice. dedit hoc idē conſiliū:qđ nunc dat Thermo p litteras: quod graues eſſet ſuſcepturus inimicitias: ſi legatis quæſtorem poſtponeret. ❡Quod oſtendit: quod declarauit. ❡Vt: poſtq̄. ❡Ignominia:iniuria:dedecore. Ignominia auctore Nonio dicuntur nominis nota. ❡Potens rebus & amicis. ❡Et hercle:affirmatio ſententiæ ſuæ. ❡Habes enim rationem quare erit ignominia. ❡Superiorem:maiorē. ❡Gradu honoris:quia apud prætorem maior dignitas erat quæſtura: æquum autem erat cum prædoni qui honore eſſet ſuperior. ut uiſum eſt ſupra in epiſtola quæ incipit. Non potuit acuratius. ❡Ille autem. oſtendit quare præponendus ſit legatis quia præter nobilitatem familiæ ſuæ maximam: eſt etiam quæſtor. neque quæſtor alterius: ſed ipſius Ther. ex quo magis adduci debet Ther. ut ei faueat: & præponat prouinciæ. ❡Viros optimos. laudet legatos. ut magis laudet ipſum quæſtorem. quem in omnibus eis anteponit. Hoc ipſo. hac ipſa re precipue. Quod. quia. ❡Et quæſtor tuus. nam ſi quæſtor cuiuſuis eſſet. deberes tñ eum præponere. nunc multo magis ꝙ quæſtor tuus eſt. ❡Nocere. antipophora utitur. dicit enim quæ a Thermo poſſent obiici. ꝙ parui facit inimicitias ipſius quæſtoris. quia nihil a quoquā ei nocere poteſt. ad quod ſapienter reſpondet Cicero & caute innuit. ꝙ ſi nunc non poſſet nocere. poſſet tamen in futurū. ❡Sed tamen. ſcilicet licet uideā neminem tibi poſſe nocere. ❡Tris fratres. habebat enim ille quæſtor duos alios fratres uiros præſtantiſſimos. quos nunc Cice. metuendos eſſe dicit. ❡Summo loco illuſtri proſapia. extollit enim animum & audaciorem facit originis nobilitas. ❡Promptos. intrepidos fortes. ❡Non indiſerto. Liptote. eloquentiſſimos. Prodeſt autē multum eloquentia ad conciliandum fauorem populi. & hæc omnia poſuit ut deterreat Thermum ab eorum inimicitiis. ❡Inimico. quia ſi unum ex eis læſeris. omnes leſeris. ❡Iure. quia plærūq; aliqui fiunt nobis inimici nullo iure nulla noſtra culpa. ꝙ non eſt magnopere curandum. ſed nunc timendum eſt cum iure facimus nobis inimicus. ❡Quos. fratres. Deinceps. per ordinem. ❡Per triennium. per tres annos quia alius ſuccederet alii. nam ſimul & eodem tempore tres fratres tribuni eſſe non poterant. ❡Fore. futuros. ❡Tribuni. ut habetur digeſtis de origine iuris a plæbe creati ſunt qui eſſent plæbei magiſtratus. iiſdem temporis cum plæbs ſeceſſiſſet. anno uero. xvii. poſt reges exactos dicti tribuni. quia tunc in tris partes populus diuiſus erat. & ex ſingulis ſinguli creabantur. partes autem in quas populus eſſet diuiſus erant Rhamenſes. Lucere. & Tatienſes. Tribuni autem plæbei ex tribunis militum. ut uoluit Varro. primum facti ſunt qui plebem defenderent in ſeceſſione cruſtumeria. acceperunt autem nomen tribu. mili. ꝙ terni tribus tribubus Rhamnium lucerum. Tacienſium olim ad exercitum mittebantur horum officium quando tribunorum mentio incepta admonet. non uidetur eſſe abſurdum referre. ut & aliis locis poſſit hæc cognitio ſuccurrere. Tribunorum igit militariū officiū ut eſt digeſtis de re militari. uel eorū q exercitiū pſunt. erant milites ī caſtris cōtinere. ad exercitationē pducere. claues portarū ſuſcipere. uigilias interdū circuire: frumētationibus cōmilitonū intereſſe: frumētū pbere. mēſuræ fraudē coercere. delicta ſecūdū ſuā auctoritatē his modis caſtigare: pricipiis frequēter itereſſe: querelas cōmilitonū audire. ualitudinarios inſpicere. officiū regētis exercitū nō tātū in dāda. ſed ēt obſeruāda diſciplia cōſiſtere. ❡Quis ſit q. d. nemo. qa quottidie aliq̄ inouant. ❡Mihi. dicit iudiciū ſuū. ❡Videnī: putanī. ❡Turbulēta:triſtia: plena pturbatōis

VBER.
Clementia
Ignominia
Tribuni

❡Incidere:deuenire:incurrere.❡Terrores tri.ut timeas illos tris fratres futuros tribunos:quoniã magna erat auctoritas & poteſtas trip.ple.qui plerũque populũ quo uellent flecterent.❡Cur uelim:quare debeo uelle.q.d.nulla eſt cauſa cũ & te diligã:& tu facile ꝓuidere poſſis.❡Præſertim:oſtẽdit quomodo poſſit ꝓuidere. ❡Præſertim.q.d.hac p̃cipue exiſtente cauſa.❡Cũ poſſis anteferre:cũ poſſis præponere quæſtorẽ legatis ſine repræhẽſione cuiuſq̃:qa quiſq; ſcit id eſſe iuſtũ & hõneſtũ.❡Qui:quæſtor.❡Dignũ maioribus ſi imitatus fuerit maiores ſuos:& ſe ꝓ fama illorum geſſerit. ❡Ex aliqua parte:qa ex una parte erit laus eius:q ſe bene geſſerit:ex altera tua qui cũ ad aliã ꝓuinciã crexeris.❡Sin offen.peccauerit.❡Quid:aliqd.❡Sibi:cõtra ſe i dedecus ſuũ.nihil tibi:nihil i dedecus tuũ. & ita arguit:q̄ utcũque ſit ille adminiſtraturus ꝓuinciã:ipſi Thermo nulla oĩno futura ẽ rephẽſio.❡Quæ.m.oſtendit ci.ſe adductũ iure amicitiæ hæc ſcripſiſſe. ❡Quæ.u.in.m.q̃ cogitatiõe ipſa cõpræhẽdebã.Nã uenire i mẽ

Venio in mentem — tẽ iterdũ eſt recordari: interdũ cogitare.❡Pertinere ad te.ſpectare ad tuũ cõmodũ.❡Oportere.decedere pp amicitiã noſtrã.❡Quod.qa. ❡Proficiſcebar.in ciliciã.fuerat.n.in cappadocia cũ ariobarzane rege.❡Tu qd̓. ſenſus eſt dii bene uertãt q̄ egeris:& id tibi bene ſuccedat.Audis.m.mihi credes : mihi auſcultabis. & obtemperabis.❡Cõſules. ꝓſpicies:ꝓuidebis.❡Ocio poſteritatis.qeti ẽt tuoꝝ.q poſt te futuri ſunt.

PHI. ❡PHI. ❡Per triẽnium fore : quoniam tres erãt fratres.& qſq; p ſe tri.pl.futur⁹ erat. ❡Triplex ẽ.n.i his q̃ tp̃s ſignificãt dicẽdi modus.Aut in actõ ſine p̃põne. Ter. Tãdẽ non ego ille careã ſi ſit opus.uel totũ triduũ.Aut in ablatiuo ſine p̃põne.Ci. Paucis eni dieb⁹ erã miſſurus domeſticos tabellarios.aut i actõ cũ p̃põne.❡Quintilianus.Poſt impetratã ſtudiis meis qetẽ.quã p.xx.annos erudiẽdis iuuenib⁹ impẽderã.❡Turbulẽta.Metaphora.uidebat n.Cæſarẽ & Pompeium uelle rẽpu.occupare.

ra ſint:quis ſcit?mihi quidem turbulenta uidentur fore. Cur ego te uelim incidere in terrores tribunitios præſertim quum ſine cuiuſquam repræhenſione quæſtoris legatis quæſtorem poſſis anteferre:qui ſi dignum maioribus ſuis ſe præbuerit:ut ſpero & opto tua laus ex aliqua parte fuerit.Sin quid offenderit ſibi totum nihil tibi offenderit : quæ mihi ueníbant in mentem : quæque ad te pertinere arbitrabar :quod in Ciciliam proficiſcebar:exiſtimaui me ad te oporter̃ ſcriber̃. Tu quod egeris id uelim dii approbent:ſi me audies uitabis inimicitias & poſteritatis ocio conſules. Vale.

M.T.C.Impa.S.D.Cælio conſuli Lucii filio.

CVum optatiſſimum nuncium accepiſſem te mihi quæſtorem obtigiſſe : eo iucundiorem mihi eam ſortem ſperabam fore : quod diutius mecum in prouincia fuiſſes : magni enim ui-

❡Tribunitios.t.ex quo tres fratres dixit p triẽnium trib.ple.futuros.& bene terrores dixit. maxima.n.erat tribunorũ auctoritas.oĩa.n.decreta Senatus irrita habebantur.niſi per eos approbata fuiſſent.❡Adde q̄ q.t.p.licet uocationem

Bene hortat — non haberent.ut inquit Varro:non mõ priuatũ.ſed ẽt conſulem in roſtra uocari iuſſerunt. Sed quare ius uocandi non haberent.quũ ſummã coercendi ptãtem habuiſſent.A.G.explicauit.Et alibi nos de tribunis locuti ſumus. ❡Præſerti. hac potiſſimũ rõne.❡Sine re.quoniã iuſtũ & honeſtũ.❡Offenderit.in aliquo errauerit.❡Nil.ti.of.in nullum detrimẽtum tuũ ſiue dedecus cadet.Sed ſi qd mali & dedecoris erit ſibi erit.❡Proficiſcebar in ci.nã cum Ariobarzane rege ibi ſteterat .❡Oportere:cõuenire iure amicitiæ noſtræ:q̃ motus hæc oĩa ad te ſcribẽda putauit.❡Dii ap.q̄ tibi bene ſuccedat.Dii bene uortãt:apud antiquos dici ſolebat:qñ aliqd p̃ter ſpem ueniebat:cũ aliter euenire timuiſſent. qbus rebus ita ſe in utrãq; ptẽ uertẽtibus:Vertũnũ deum præeſſe putabat antiqtas.❡Si me au.mihi auſcultabis:& ſi meis uerbis audiẽs fueris.Nec auſim dicere.Si meis uerbis audies,licet in captiui duo Plautus dixerit: Haud audiebat facto.dicimus.n.audiens ſum tibi.ꝓ obedio tibi & audiẽs ſum te.pro audio te.❡Poſteritatis.o.cõ. ut tu & poſteri tui oẽs tranquille & qete uiuatis:hoc conſeq poteris:ſi queſtorẽ iſtum beneficiis tuis affícies.Eſt.n.tibi conſulere tibi prouidere.Lucanus.Cõſulite extremis anguſto in tp̃e rebus:ſed ad corpis & rerũ externarũ magis q̃ ad animi bona ptinere uidetur.

CVum optatiſſimũ:uoluptatẽ oñdit:q̃ cœperat & cælius ſibi q̃ſtor obtigiſſet:& moleſtiã q̄ nimis tardare uidebat.Timebat.n.ne anteq̃ cælius in prouinciam ueniret.ipſe de prouincia deceſſiſſet.Demum omnia pro eo ſe

PHI. Nũcius — facturum pollicetur.& maxime hortatur:maturet acceſſum:& id reipu.ac utriuſque ipſorum plurimum intereſſe cõmemorat.Is eſt ille Cælius:quem Ci.de prouincia decedens prouiciæ præpoſuit.ut in ſupiori dixit epiſt.ex quo

Neceſſitudo — apparet has epiſtolas non eſſe ordine collocatas . Inquit.n.ego de prouincia decedens : queſtorem cælium præpoſui prouinciæ.❡Nuncium:tam pro eo qui nunciat:q̃ pro re ipſa q̃ nunciatur maſculino genere dicimus. ❡Eam:ſortem:

Neceſſitas — fortunam:q̄.ſ.mihi q̃ſtor obtigiſſet.❡Eo & quo.tanto & quãto.❡Magni.n.facta propõne rõnem adiungit:pro qua

Neceſſarius — maxime has dictiones locare ſolemus.nam.n.nãque.❡Magni .n.plurimæ utilitatis.& magni momẽti. ❡Neceſſitudinem.coniunctionẽ & amicitiã.Eſt.n.neceſſitudo:ut innuit Gellius.ius quoddã.& uinculum religioſæ cõiunctionis.&

Coraceſium — eiuſdẽ ſignificationis dicit eſſe neceſſitas a qua neceſſarii aliquo iure affinitatis.atq; familiaritatis cõiuncti appellant. ❡Altera.utriuſq; uocabuli ſignificãtia nota eſt oibus.❡Quod aũt neceſſitas ꝓ iure amicitiæ ac affinitatis uinculo po

Celederis — ſita ſit:Cæ.in Plaucia rogatione oſtẽdit his uerbis.Eqdem mihi uideor pro noſtra neceſſitate. non labore.non opera: non induſtria defuiſſe.Eſt autem ſenſus mihi qd p̃ſtantiſſimũ eẽ uideat.qd̓ ad noſtrã cõſuetudinem q̃ diu iter nos fuit:ẽt iſta neceſſitudo & coniunctio q̃ſturæ accederet:quam ſors ipſa.& fortuna nobis dedit:ut q̃ſtor meus eſſes.❡Conſuetudinem.Ci.nunq̃ dixit conuerſationem.❡Accedere:adiungi i cilicia huius prouinciæ initiũ dicũt eſſe. ❡Coraceſium opp.ſed Attemidorus Celedrium ciuitatem.❡Ad.x.calendas quĩtiles:circiter.xx.diem Iunii.Sed animaduerte quum dicimus d.cimo calendas.& ad decimũ calen.nam p.x.calen.dies certus oſtenditur:q eſt decimus a calen. futuri men

ſis.Sed cum dicimus:ad decimum calen.non ipſum decimum diem accipimus:q eſt ante calen.futuri menſis:ſed aliquē
diem illis proximū.Itaqʒ ad pro circiter accipiendum eſt.Quintilis uero menſis a numero appellatus eſt:q erat qntus
a martio:a quo annus cœpit initium.Inde quoniam Cæ.eo menſe natus eſt in eius honorē Iulius nominatus eſt:& q Quītilis
ſequit̃ ſextilis dicebatur:nunc Auguſtus.ab Octauio auguſto dictus eſt. September Germanici nomen accepit.Inde
Octobrē Domitianus iuſſit ſuo noīe appellari.Sed ubi infauſtum.ut ait Macrobius: uocabulum uiſum eſt:ex oī ære
uel ſaxo placuit eradi.Menſes quoqʒ uſurpatione tyrannicæ appellationis exuti ſunt. Cautio poſtea principium diri
hominis infauſta uitantium:menſibus a ſeptēʒ
uſqʒ ad decem priſca nomina reſeruauit. ¶Fa
ciendum:caue dicas fiendum.

debat̃ ītereſſe ad eā neceſſitudinē:quā nobis ſors tuliſſet:
cōſuetudinē quoq; accedere. Poſtea quā nihil mihi neq; a
te ipō:neq; ab ullo alio de aduētu tuo ſcriberetur:uerebar
ne id ita caderet:q̄ ēt nūc uereor:ne āteq̄ tu ī ꝓuinciā ue
niſſes:ego de prouintia decederē. Accepi aūt a te miſſas
litteras in Ciliciā quū eēm in caſtris ad duodecimū cal.
quintiles ſcriptas humaniſſime:quibus facile & officiū
& īgeniū tuū pſpici poſſet:ſed neq; unde:neq; quo die da
tæ eēnt:aut quo tēpore te expectarēt ſignificabant nec is
qui attulerat a te acceperat:ut ex eo ſcirē quo ex loco atq;
tēpore eēnt datæ. Quæ quū eēnt īcertæ:exiſtimaui nihilo
min⁹ faciēdū eē:ut ad teſtatores meos & lictores cū me
is litteris mitterē:quas ſi ſatis oportuno tēpore accepiſti
gratiſſimū mihi feceris:ſi ad me ī Ciliciā q̄primū uene
ris. Nāq; ad me Curius cōſobrinus tuus:ut ſcis:mihi ma
xime neceſſarius q̄ itē cōſul uirgiliāus ꝓpiquus tuus fa
miliaris nr̃ de te accuratiſſime ſcripſit:ualet id qdē apud
me multū:ſicuti debet hoīum amiciſſimoꝝ diligēs cōmē
datio. Sed tuæ litteræ de tua præſertī dignitate & de no
ſtra cōiunctione maximi ſunt apud me ponderis. Mihi
quæſtor optatior obtigere nō potuit. Quāobrē quæcū
q; a me ornamēta ī te ꝓficiſcētur:elaborabo ut oēs ītelli
gāt a me habitā eē ratione tuæ maiorūq; tuorū dignita
tis. Sed id iā facilius cōſequar:ſi ad me ī ciliciā ueneris:
quod ego & mea & reipubli. & maxime tua intereſſe
arbitror. Vale.

Vum optatiſſimum.C. Cælius adole-
ſcens nobiliſſimus & optimus deſigna VBER.
tus fuerat quæſtor Cice.in Cilicia:qua
re primaʒ Cicero.ſe ualde gaudere oſtendit.de
inde qa iam diu neqʒ a cælio neqʒ a quoquaʒ
alio litteras acceperat de eius aduentu in Cili
ciam.& appropiquabat finis magiſtratus Cice
ro.dicit ſe uereri ne cælius tantum differat ad
uentum ſuum.ut ipſe Cic.añ diſceſſerit ex pro
uicia.Ex qbuſdā aūt litteris eius dicit ſe nihil
pcipere potuiſſe:quia in his neqʒ dies.neqʒ lo
cus erat aſcriptus:uñ eſſent datæ deniqʒ oſten
dit Cicero q̄ licet Cælius a qbuſdam ſibi ami
ciſſimis fuerit cōmendatus. nulla tñ cōmenda
tio maior apud ſe eſſe pōt de eius dignitate.q̄
litteræ ipſius.Quamobrem rogat ipſum.ut ue
niat quāprimum.pollicet̃ eni ſe oīa in eum col
laturꝝ:qđ facilius efficere poterit ſi fuerit ī Ci
licia apud eum. ¶Optatiſſimum:gratiſſimum
iucundiſſimum. ¶Te obtigiſſe.te eueniſſe:ele
ctum eſſe eā ſortem:eam fortunam q̄ obtigiſ-
ſes mihi quæſtor.nam ſorte eligebant̃. ¶Eo:
tanto.Quo:quanto. ¶Diutius: longiori tpe
qa multum tpis fuerat hic Cælius cum Cice.ī
prouicia anteq̄ factus eſſet quæſtor. ¶Magni
intereſſe:plurimi referre magni eſſe pōderis &
momenti. ¶Cōſuetudinem. conuerſationem q̄
habuiſſemus añ ſimul ī ꝓuincia. ¶Neceſſitu
dinem.cōiunctionē.ſcilicet quæſturæ. ¶Sors.
fortuna. ¶Accedere.addi.adiūgi. ideſt uideba
tur mihi eſſe maximum qddam.qđ ad conuer
ſationem q̄ antea inter nos fuiſſet in prouicia:
adiungeret̃ etiam iſta neceſſitudo quæſturæ.q̄
fortunam q̄ te quæſtoreʒ meum eſſe uoluit no
bis dediſſet. ¶Scriberet̃.p ſcribebat̃ elegāter
apud Cice.ſæpe ita legit̃. ¶De aduentu tuo.
qñ eſſet futurus. ¶Verebar timebam uel du-
bitabaʒ. ¶Caderet.accideret.ſimplex ꝓ cōpoſito. ¶Decederem.abirem de prouicia ante tuum aduentum. ¶Accepi.
dicit ex eius litteris cognouiſſe eius ingenium optimum.ſed non quo tpe eſſet uenturus. ¶Humaniſſime.erudītiſſime.
¶Officium.erga me. ¶Ingenium:eruditiſſimum & humaniſſimum. ¶Perſpici:cognoſci. ¶Sed neqʒ ſignificabant.
non iudicabant. ¶Vnde.ex quo loco.an Roma an aliunde. ¶Quo tpe.an ſero an cito. ¶Nec is.nec ille. ¶Attulerat.
ad me litteras tuas. ¶Acceperat.a.t.ſed ab alio.cui fortaſſe tu ante dediſſes ferendas. ¶Ex eo.quia qui accipit litte-
ras ab eo q ſcripſit aut miſit.ſcit quo loco & tpe ſint datæ.quo ſcire non poſſunt qui interduʒ p iter ab aliis accipiunt.
¶Quæ de aduentu tuo. ¶Statores.ut diximus ſupra ſatellites. ¶Lictores. miniſtros meos.ut dictum eſt ſupra exiſti
maui faciendum ut mitterem eleganter utit̃ Cic.ꝓ exiſtimaui mittendos. exiſtimaui faciendum ut te admonerem.pro
exiſtimaui te admonendum.& ſic de reliquis. ¶Opportuno.idoneo.ut poſſis accelerare. anteq̄ ego finito magiſtratu
diſcedam. ¶Quamprimum raptiſſime.celerrime. ¶Nam q̄ dicit nullius litteras cōmendaticias de cæl.plus apud ſe
ualere:q̄ litteras ipſius cæl.licet iſtoꝝ quos nominat litteras plurimum ualere dicat. ¶Neceſſarius.amicus. ¶Propin
quus.ſanguine nō habitatōe. ¶Valet.pōt.& habent magnuʒ pōdus. ¶Sicuti.d.c.qa cōmendatio amiciſſimoꝝ noſtro
rum multum apud nos ualere debet. ¶De tu.q.d.ſi multū ualerent ꝓ dignitate alterius.q̄to magis ꝓ tua. ¶De noſtra
c.de noſtra beniuolētia & neceſſitudine hui⁹ tuæ q̄ſturæ. ¶Maximi.p.maxime auctoritatis maximi effect⁹. ¶Quæ
cunqʒ.o.omnes honores.ponitur.n.hic quæcunqʒ ſimpliciter pro omnia.neqʒ habent aliq̄ uim relatiui in hoc loco.
¶Proficiſcent̃.a.t.uenient ad te.ī te cōferent̃. ¶Habitā.r.habitū reſpectū:habitā cōſiderationē. ¶Tuorū.m.q hoīes
clariſſimi fuerūt. ¶Cōſeqr efficiā.Intereē.utile eē hūc āt cæliū cū ſine dubio eē puto.quē ci.ā ꝓuicia diſcedēs.ꝓuiciæ

præpoſuit.ut uiſum eſt in epľa q̄ incipit.Non potuit accuratius.uñ apparet non eē obſeruatum ut epi. in hoc uolumi ne eo ordine ponerētur quo eēnt ſcriptæ.nam hanc ſcriptam ante memoraram ad Cæl.ædilem omnibus ſane intelligē tibuꝫ facillime cōſtat.Itēq; eſt de multis aliis in aliis libris diſpoſitis & maxime q̄ ſunt in ſequenti libro ad Appiū ſcriptæ:qui fuit proconſul & imperator in Cilicia ante Ci.cum in præcedentibus appareat eum iam fuiſſe in prouincia & ſucceſſiſſe Ap.debuerat igitur hic tertius liber qui ſequitur præponi ſecundo.

PHI. Stato Lictor Propinquus Vicinus Conſobrinus Sororius patruelis Habco rōnem

PHI. ¶Sratores hos uernaculo ſermone prouiſionatos dicim⁹ a ſiſtēdo uel ſtādo appellatos.uñ Iupiter ſtator.quod ſtare fecerit fugientes romanos . & q apparitores magiſtratuū nuncii tabellariiue fuerint. ſtatores appellati ſūt.¶Lictores a ligādo appellatos uult Gel.ex opinione Valgii ruffi . Tiro tñ Ci.libertus a lino.uel a litio quo cicti erant & magiſtratib⁹ miniſtrabāt.lictores dictos refert . ¶Propinquus ad genus loca.& ſanguinē uicinus ad loca.¶Cōſobrin⁹.q̄ſi ſorori⁹ dictus ē.Sobrini.n.ſūt ex duab⁹ ſororib⁹.Cōſobrini uero ex fratre.ac ſorore cū alter ex fratre alter ex ſorore natus ſit. Ac ex duob⁹ fratrib⁹ patrueles noiant.¶Neceſſariis.amic⁹.¶Maximi pō.qđ plurimū facio ꝓ cuiuſcūq; cōmēdatiōe.ſed p̄ſertim ꝓ dignitate & honore tuo. ¶Proficiſcētur cōferent.Ornamēta. honores & cōmoda.¶Habitā eē rōnem habere rōneꝫ cū genitiuo poſitum ſignificat reſpectum hēre ſed qñ ablatiuum ponimus cum hac p̄poſitione cum ſignificamus hēre cōmertium.atq; negociū.Ci.in Catone maiore rationem hēt cum terra.quæ nunq̄ recuſat imperium.



VBER.

SI ipſa res rogat⁹ Ci.ab appio pulchro imperatore in Cilicia. ut ſæpe ad eū ſcriberet.qđ in rep.ageretur dicit ſe breuius ſcribere.qa phāia eius libertus uir curioſiſſimus oia diligētiſſime explanabit quē ſūmope laudat . Itaq; hac cā de repu.ptius ſcribit de amore āt ſuo erga euꝫ ita ſūmatim ſcribit.ut dicat eū ſibi cariſſimum & pp humanitatē eius & pp gratitudinē . Itaq; pollicet̄ ſe eē reſarturū.qcqđ itermiſſum eſt & officiis & litteris . Poſtea laudat ēt Cilicē libertū Appii.ita tñ ut ei uideat̄ añponere phanii.de quo i pricipio epľæ dixit . Poſtremo cōmēdat ei.L.Valeriū quēdā iuris ꝓfeſſorē quē & gratū erga Len.eē oñdit & maximā hēre fiduciā i litteris Ciceronis de ſe cōmēdaticiis ad Lē.

## Liber Tertius. Epiſtolarum familiarium.

## M.T.C. Appio Pulchro Imper.S.D.

SI ipa reſ.p.tibi narrare poſſet qūo ſe hēret nō facili⁹ ex ea cognoſcere poſſes q̄ ex liberto tuo phāia: ita ē hō nō mō prudēs:uerū etiā uir æquus : & q̄ uidi curioſ⁹. Quapp ille tibi omnia explanabit. Id eni mihi & ad breuitatē ē apti⁹:& ad reliquas res ꝓuidētius.De mea aūt beni

¶Ipſa q̄ optime ſe nouit.¶Narrare poſ.hēret linguaꝫ ut poſſet ipſa ſtatum ſuū exprimere.¶Quomō.i quo ſtatu.

PHI.

SI ipſa.fuerat olim iter Ci.& Appiū ſingularis bēiuolētia.& iocūdiſſima cōſuetudo.q̄ aliq̄tulū itermiſſa.his nūc litteris reuocat̄ in gratiā.Meminit ueteres iter ſe cōſuetudinis & ita narrat oia. ut ſimultatis oblitus eē uideat̄. Appii.i Cilicia ꝓcō.& imperator erat exercitus.ad eū Phania ſe cōfert.cui dat Cic.ad appi.litteras breuiores.q̄ īſtituerat.quoniā relaturū eē Phaniā oia diligētius putabat.q̄ i repu.gerebant̄. Tāgit adhuc q̄dā de more ſuo i Appiū. quē dicit eē ſibi cariſſimū. & lōgi tpis uſurā q̄ caruerūt litterarū crebritate reſarturū.Laudat & itē Phaniā & in calce litterarū ei.L.Valeriū cōmēdat.¶Reſpu.Romulus apud Dionyſiū inqt ſe audire multas eē apud græcos , & barbaros reꝝ publicarum formas tres uero ex omnibus eē ab eis qui utantur ſumme laudatas.nec ullam tamen earum eē ſinceram uerum peſtes adeſſe quaſdam unicuiq; īgēitas.ita ut difficilis fieret optime electio.uidebatq; eos p ociū cōſultantes.dicere utrum ſe ab uno gubernari.an a paucis uellent.an conſtitutis legibus populo permittere reſp. patrocinium. ¶Narrare tanq̄ res animata.¶Quomodo quo in ſtatu.& fortuna.

VBER. Libertus Tres partes prudentiæ

VBER.¶Facili⁹ clarius.¶Liberto libertus is dicit̄ q cū eēt ſeruus manumiſſus ē.& libertate donatus.¶Ita eſt non m.p.intelligens & memor eoꝝ q̄ uidit.aut audiuit.Nā prudētiæ tres ſunt partes.itelligētia p̄ntium.memoria p̄teritorū ꝓuidētia futurorū.Curioſus ſollicitus diligēs i iueſtigādis rebus.Quod ui.i.quantum uidi & cognoui.¶Explanabit. plane declarabit.¶Id enim dicit dupliciter ſibi prodeſſe.quod Phania omnia Appio explanabit . Id ſcilicet quod omnia tibi explanabit.¶Ad breuitatem litterarum ut breuius ſcribam prima cōmoditas . ¶Et ad reliquas res ideſt cæteras in republica tractandas.& eſt ſecunda commoditas.¶Prouidentius. aptius & utilius. ¶De mea dicit ſua intereſſe aliquid ſcribere de ſuo erga Appium amore.licet phania poſſit ēt aliquid referre . ¶Aliquæ.m.p. aliquantulum mea intereſſe.& eē ex aliqua parte officium meum.¶Perſuade ti.certiſſimum habe confide . ¶Suauitates: delectatiōes ingenii quo plurimum polles.ego aūt ualde delector ingenioſis.¶Humanitatis.doctrine . ¶Officii. quod aſſiduæ præſtas in ſeruanda amicitia noſtra.¶Tum alia cauſa quare hēt ipſum amiciſſimum.qa nouerit ipſum gratiſſimum acce

ptorum a ſe beneficiorum. ❡ Accidiſſe: eueniſſe. Quæ. p. ſ. q collata ſunt a me in te. ❡ Quod: q res. ſ. q omnia quæ in te contulit tibi acciderint gratiſſima. ❡ Efficiam: conſequar re ipſa: & affectu faciam. ❡ Sarciam: reficiam: emendem. Tranſlatio ſumpta a ueſtibus: quæ ſciſſæ & ruptæ dicuntur reſarciri. Te. in Adel. Veſtes ſcidit reſarcientur. ita per trãſ lationem dicuntur reſarciri res quæ ſunt interruptæ & intermiſſæ. ❡ Vſuram: uſumfructum. Qua uſura. ❡ Intermiſſa: interrupta: ceſſante. ❡ Et gratia: beniuolentia: & hæc ſunt quibus uult reſarcire uſuram temporis. ſ. gratia ad amorem crebritate: & magnitudi ne: ut frequentiora: crebriora & maiora fiant quam conſueuerunt. ❡ Id: ut reſarciã: & gratia & crebritate & magnitudine officiorum. ❡ Non inuita minerua: non repugnante natura & ingenio meo: nam minerua plerumque apud Ci. pro ingenio ponitur. ❡ Item Hora. Tu nihil inuita facies diceſue minerua. ❡ Quoniam tu ita uis quoniam ita tibi placet & ſentis: q non inuita minerua omnia faciam. ❡ Quam quidẽ mineruam. i. promptitudinem ingenii. ❡ De tuis: ſcriptis & officiis ſumpſero. i. ſi ſumpſero idem ingenii officium: quod præſto: non ſolum appellabo illam mineruam tuam. ❡ Pallada. hoc eſt ſuo nomine: ſed Appiada. ut a te accipiat nomen. q. d. ingenium & manſuetudinem quandam Appianam. Appias autem habet formam patronymici ab Appio: hæc Appias appiadis. ❡ Cilix. laudat hunc librum. Serui enim plerunq; a prouinciis accipiunt nomina. ut a Cilicia Cilix: a Syria Syrus: eadem nomina retinent facti liberti. ❡ Minus notus: incognitus. Sed ut: ſed poſtquam. ❡ Amoris: tui erga me illis litteris demõſtrati. ❡ Mirifice: ualde. ❡ Subſecutus. imitatus. nam ſicut tu humane ſcripſeras. ita & ipſe humane mecum locutus eſt. ❡ Suo ſermone. quem mecum habuit de te. ❡ Iucunda. grata. ❡ Oratio ſermo. ❡ Cũ de. hoc eſt cum maxime mecum loqueretur. & quod me amas. & quod de me quottidie honorifice loquaris. ❡ Quos. ſermones. ❡ Haberes. diceres. ❡ De me. de mea commendatione honorifice.

Minerua

uiolentia erga te & ſi potes ex eodem Phania cognoſcere tamen uidentur etim aliquæ meæ partes. Sic enim tibi perſuade cariſſimum te mihi eſſe: tum propter multas ſuauitates ingenii: officii: humanitatis tuæ: tum quod ex litteris tuis & ex multorum ſermonibus intelligo omnia quæ a me profecta ſunt: in te tibi accidiſſe gratiſſima: quod cum ita ſit perficiam profecto: ut longi temporis uſuram: qua caruimus intermiſſa noſtra conſuetudine & gratia: & celebritate: & magnitudie officiorum meorum ſarciam. Idq; me quoniã tu ita uis puto non inuita. Minerua eē facturũ. Quã quidẽ ego ſi forte de tuis ſumpſero nõ ſolũ pallada: ſed etiã Appiada nominabo. Cilix libertus tuus ãtea mihi minus not⁹ fuit: ſed ut mihi reddidit a te litteras plenas & amoris: & officii mirifice ipſe ſuo ſermone ſubſecutus eſt humanitatem litterarum tuarum. iucunda mihi eius oratio fuit: cũ de animo tuo de ſermoĩbus quos de me haberes: quotidie mihi narraret.

PHI. ❡ Prudens. ut meminit omnia quæ uidit. & audiuit in repu. Prudentiæ partes ſunt memoria intelligentia. & prouidentia. ❡ Curioſus. diligens. & accuratus ad indagandas. & perſcrutandas res. ❡ Id enim. q Phania ſit ita prudens. & quod facilius omnia explicabit. ❡ Ad reliquas res prudentius cum ſi qua ſunt ſecreta rerum in repub. tractanda. quæ tuis litteris committi non poſſint. ipſe tibi omnia explicabit. ❡ De mea. a. b. Id nunc ipſe non diceret. niſi ſimultas inter eos fuiſſet exorta intermiſſa amicitia. ❡ Meæ partes. officia. & effectus. partes enim numero pluratiue idem ſignificant quod officium. ut meæ partes ſunt. hoc eſt natum officium. & ad me attinet ad me pertinet. mei muneris eſt. ❡ Perſuade. certiſſimum puta. Suademus facilia. perſuademus difficilia. Et ſuadere facientis eſt. perſuadere perficientis. ❡ Ingenii. optime naturæ. & eſt διαλυτον. ❡ Officii. quo me proſequeris. ❡ Humanitatis. nunc manſuetudinem quam græci φιλανθρωπια dicunt. alias eruditorẽ ſignificat in qua ſignificatione nunc etiam capere poſſemus. unde humanitatis ſtudia nuncupantur. i. eruditionis. quam παιδευσιν græci uocant. quod in Ca. maiore ui detur accepiſſe. cum ait. Non ſolum athenis cognomen deportaſſe. ſed prudentiam. & humanitatem intelligo. Quod tamen apertius Varro demonſtrauit. Praxiteles inquit. qui propter artificium egregium nemini eſt paulum modo humaniori ignotus. ❡ Vſuram. commertium illius temporis: quo ſimul uſi non ſumus. Et uti ponitur pro uidere. Teren. Dederis unde utatur. i. uiuat. Sic uſura dicitur etiam uita. ut eſt illud. Vnius uſura more gladiatoris iſti uim dediſſet. ❡ Sarciam. reficiam. a ſciſſis ueſtibus ducta metaphora. quæ reſarciri dicuntur quando ſciſſæ ſunt. ❡ Quoniam tu ita uis. ita uideris petere a me. ❡ Non in. Mi. non repugnante natura. Sic maro Quid faciam craſſa minerua mea eſt. & Hora. Tu mihi inuita facies. diceſue minerua. Quam. mineruam. & promptam naturam. ❡ Non ſolum Pallada. ſed autem Appiada. Alluſit utrique nomini Mineruæ. q etiam Palla nominatur. & Appii. unde a Minerua dixit Pallada ab Appio appiada. ut dicat quaſi ingenium quoddam Appianum. & Minerua a uerbo παλλω. quod eſt quatio Pallas nominata. & ab appio appias dos. Quod autem uim minetur. ❡ Minerua nuncupatur. ❡ Cilix. Phania. Errãt q alium credunt. Seruorum nomina multis ſumebantur modis. Aut a nationibus. ut Cilix: Miſie Syrus aut a moribus ut Pſeudulus Dauus. aut a negocio. ut Dromo. aut ab accidentibus. ut Leſbia. aut ex ſpecie formæ. ut Pinatius. nec mutabant nomina. & ſi liberti fiebant. ❡ Litterarum tuarum. Nota q ſicut uerba bene i fine adaureſcũt. ſic ẽt pronomina. ❡ Iucunda. quæ mihi læticiam. & uoluptatem attulit. ❡ Quottidie. non ſemel. ſed aſſidue. ❡ Quid quæris? quid opus pluribus.

PHI.

Suadeo
Perſuadeo
Humanitas
Vti
Vſura

VBER. VBER. ¶Biduo:duobus diebus quaſi dicat breui ſpatio temporis.Ita tamen ſubaudi eſt factus familiaris:& præponit Phaniã huic cilicii.¶Sim deſideraturus:expectaturus.¶Quem.Phaniam.¶Cum remittes.ex cilicia.¶Quod remittere ipſum romam. ¶Celeriter:breui. ¶Vt putabamus: quia ſciebamus multa eſſe quæ Ro.eſſes miſſurus. ¶Des mandata:ei mandes & committas.¶Agi tractar..L. Valerius:commendat ei amicum & familiarem ſuum. ¶Iuriſconſultum:iuriſperitum .. ſapientem .Ita enim ſe appellabat:ut dictum eſt in ultima epiſtola libri primi.¶Sed ita etiam ſubaudi commendo.¶Si.quãuis.¶Non eſt.nam arrogabat ſibi id nomen.dicit ergo Cicero eum tibi commendo etiam ſi non eſt is quem profitetur.

Quid queris?biduo factus eſt mihi familiaris: ita tamẽ ut Phaniam ualde ſim deſideraturus:quem quum romã remittes:quod ut putabamus:celeriter eras facturus:omnibus ei de rebus quas agi:quas curari a me uoles mandata des uelim .Lentulum Valerium iuriſconſul. ualde tibi commendo.Sed etiam ita ſi non eſt iuriſconſul.melius enim ei cauere uolo: quam ipſe aliis ſolet. Valde hominem diligo. Eſt ex meis domeſticis atq; intimis familiarib⁹:omnino tibi agit gratias.Sed idem ſcribit.meas litteras maximũ apud te pondus habituras. Id eũ ne fallat te etiam atq; etiam rogo. Vale.

M.T.C. proconſul. Salutem Dicit Appio pulcro Imperatori. XXXI

CVm & contra uoluntatem meam: & præter opinionem accidiſſet: ut mihi cum imperio in prouintiam proficiſci neceſſe eſſet i multis & uariis moleſtiis cogitationibuſque meis: hæc

¶Cauere:conſulere:prouidere.¶Quam ipſe aliis quia propter imperitiam iuris plerunque amittit cauſas:quas ſuſcipit defendendas. ¶Hominem:Valerium. ¶Intimis: propinquioribus ab intra enim deducitur intimus.

Intima ¶Oratio oſtendit eum eſſe gratum erga Appium: quia gratias agit appio de his quæ erga eum fecit.¶Idem.Len.¶Scribit ad me ex Cilicia. ¶Litteras. commendaticias. ¶Id quod meæ litteræ habebant magnum pondus apud te. ¶Ne eum fallat: ne hac opinione decipiatur.

PHI. De cice ronis fa cetiis Iurecõſultus Cõſultor Cõſultus Etiam

PHI. ¶Sed ita.ſcilicet tibi commendo. ¶Et ſi non eſt iureconſultus: quanuis non ſit iureconſultus.id enim ſibi nominis arrogabat. ¶Cauere.prouidere:conſulere:iocatur Tul⁹ commendando Valerium Appio. Erat homo fortaſſe non multum eruditus: ideo ſic de ipſo loquitur. Solet interdum cum amicis iocari quum eſſet admodum facetus. In Lentulum enim generum ſuum inquit. Quis generum meum gladio alligauit. Et in Vatinium conſulem. Magnum inquit oſtentum anno Vatinii factum eſt: quod illo conſule nec bruma: nec uer:nec æſtas:nec autumnus fuit. Item in eundem Volui in conſulatu tuo uenire:ſed nox me compræhendit. Item ſemel interrogatus poſt Cæſaris uictoriam: cur in electione partis erraſſet.reſpondit iocatus in Cæſarem:Præcinctura me decepit.Et item ad Caſſium de Cæſaris morte.Vellem idibus Martiis me ad cœnam inuitaſſes:profecto reliquiarum nihil fuiſſet:nunc me reliquiæ ueſtræ exercent.Plurimum his iocis Cicero delectatus eſt. ex qbus Tiro eius libertus libros fecit.Dicitur aũt iureconſultus:& iuriſcon.a conſultando appellatus unde ẽt conſultor.Sed conſultus eſt.q doctus.& ſapiens dignus qdem a quo petatur conſiliũ.tam participio q̃ nomine.Conſultor uero q conſilium dat aliis.& qui ab aliis conſilium capit.¶Hominẽ illum.L.Valerium. ¶Etiam atq; etiam pro uæhementer.Interdum ẽt ſignificat adhuc.Teren.non ſatis me pernoſti ẽt qualis ſim ſimo. Et alibi.nil ſuſpicans etiã mali.

VBER. c Vm &.Ne quæras ordinem epiſtolarum.non.n.extat.nam ſupra Ci.in prouincia proconſulem fuiſſe legimus nunc uero nondum profecto uidemus.Succeſſit Appio.& illi priuſq̃ in prouinciam ſe contuliſſet hac epiſtola blandiendum putauit.Sciebat.n.Appium moleſte laturum dari ſibi in prouincia ſucceſſorem maxime Ci.cuius adminiſtratione eius laudes:& bene geſta facile obſcurari poſſent.optabat etiam Appius in prouincia diutius permanere.Quapropter nunc Cicero contra uoluntatem ſuam ſibi accidiſſe conatur oſtendere. ut in prouinciam proficiſcatur.ſed ad conſolationem ſuam hoc duntaxat unum inquit accedere.quod nemo unq̃ Appio ſuccedere potuiſſet.qui eſſet ei amicior q̃ Cicero. nec Ciceroni qſpiam tradere prouinciam q̃ expeditiſſimam maluiſſet. quam appius.& ad id faciendum.& ad mutuum inter ſe amorem conſeruandum uæhementer hortatur Hanc ob Cauſam Ci.in Ciliciã mittebatur.quoniam maximus Parthici belli timor inſtabat.¶Contra uoluntatem.Inuitus enim ab urbe diſcedebat. ¶Cum imperio.præeſſem exercitui contra Parthos.

quo tpe petebatur in litteris: ut poſſent ædificare. ¶ Bruma: breuior pars hyemis a breuitate dierũ dicta: quaſi βρα χυμαε. ¶ Recuſent: renuant: ut exigatur. ¶ Hactenus. ſ. dictum ſit. ¶ A pauſania: accuſat nunc arrogantiæ appii: & ſe excuſat. ¶ Lentuli. is .n. ꝓfuerat Ciliciæ ante appium. nam ei appius ſucceſſerat. ¶ Secum: cum ipſo pauſania. ¶ Prodiiſſem: exiſſem. ¶ Obuiam: cum diſcederes ex prouincia: & ego uenirem. ¶ Scilicet: dictio apta ad ironiam: ut ſcilicet is ſuperis labor eſt. ¶ Contẽpſi te: ita enim dicis. ¶ Nec põt fieri: dicis nihil omnino me eſſe ſuperbius: qui dedignatus ſim tibi obuiam prodire. ¶ Cum puer: incipit Ci. ſe excuſare ꝙ uſus ſit omni diligentia ut exiret obuiam: ſed neſciuiſſe uiam: qua ille eẽt uenturus. ¶ Puer: ſeruus. ¶ Secunda uigilia. Nox. n. apud milites in uigilias diuidit: quoniam ſeruant caſtra uiciſſim per uigilias: & dicebatur prima. ſecunda & tertia uigilia: & ipſi cuſtodes dicebãtur uigiles. ¶ Incertumque: uel nunciaſſet: uel etiam mihi incertum. ¶ Vtra quã. ¶ Ambæ tantum duæ. nam ambo nõ dicitur niſi cũ ꝓceſſerint duæ dictiones. ut Ci. & Virg. ambo docti: uel hæc dictio duo: ut uidi duos hoies ãbos mihi amiciſſimos: uel poſtrẽo cũ de his loqmur q̃ tãtũmõ ſũt duo: ut ãbos ꝑdidit ille oculos. & ambas aures & ãbas manus. ¶ Præfectum fabrũ q ꝓeſſet fabris. hoc ẽ architectis [illegible]heis. uel fabris lignariis. q in caſtris haberi ſolent ad faciẽdas machinas. ¶ Fabrum. pro fabrorum per ſyncopam. ¶ Vtriq; . & Leptæ & Varroni. ¶ Excurrerent: approperarẽt. ¶ Prodirẽ poſſem. ¶ Prætergreſſum. tranſiuiſſem. ¶ Cætera: q̃ a me facta ſunt pro officio amicitiæ. ¶ An obuiam. nũc oſtẽdit multas ſibi fuiſſe cauſas quare ei obuiam prodiret. irridet tñ eũ. ¶ An nõ ꝓdirem. i. nõne debuerã ꝓdire obuiã. ¶ Primũ Appio clodio. q. d. nobiliſſimo ciui. ¶ Deinde imperatori. gerenti dignitatẽ & magiſtratum ampliſſimum. ¶ More maiorum inſtituto maiorum noſtroꝝ qui uoluerunt. ut ſucceſſores diſcedẽtibus magiſtratibus obuiã ꝓdirent. ¶ Quod caput eſt. quod eſt ſummũ oium. nam uis amicitiæ omnibus ante dictis ꝓſtat. ¶ In iſto genere. ꝓſtandum officiũ meuꝫ honorãdi magiſtratus. ¶ Ambitioſius. qa iterdũ plus facio q̃ debeo. qđ ſolent facere ambitioſi. ut ſibi poſtea reddãtur uiciſſim pares honores. ¶ Hactenus dicta ſint. i. ſatis. ¶ Quidni. ſ. certe: exprimit aũt affectum ai idignãtis. ¶ Appius Lẽtulo. q. d. nobiliſſimi nõ dedignati ſunt ſe uiciſſim honorare ꝓdeundo obuiam alter alteri. ¶ Et ci. noluit. q. d. ignobilis & nouus ciuis. ¶ Quæſo. interrogãtis eſt cũ rep̃hẽſione. ¶ Has. i. ſubaudi dixiſti. ¶ Vſu. experiẽtia qua deberes eẽ ſapiẽtior. ¶ Vrbanitatẽ. q̃ græce dicit̃. αστειωμοσ meoruꝫ facilitas & honeſtas. media inter ſcurilitatẽ & auſteritatem. ¶ Stoici. ut oſtendit̃ in æthicis. ¶ Putant opinant̃. ¶ Appietatẽ. cũ cõtẽptu dicit genteꝫ uel nobilitatem appiorum. & Lentulorum. qa dixerat appius Len. Lentulus appio proceſſit obuiam. ¶ Valere apud me pluris a me fieri. ¶ Ornamenta uirtutis. uirtutem ipſam. quæ uere ornat hominem. ¶ Ampliſſima. maxima ſcilicet honores & dignitates. ¶ Opinione. quia ſecundum ſtoicos non ſunt bona. ¶ Iſta ueſtra numina appiorũ & lẽtulorũ. q̃ ita iactatis ¶ Viros. m. excellẽtes q uirtute ſua nobilitaſſent familiã ſuã. ¶ Ea. noia. ¶ Poſtea. q. d. ante nõ admirabar. ſed poſtq̃ adminiſtraui magna ipia & magiſtratus ãpliſſimos ita ut nihil deeſſet ad honorẽ & ad gratiã ppli acqrẽdã ñ putauit me ſuperiorẽ uobis. i. nobis añ ponẽdũ. q hũiſtis ueſtros maiores claros. ¶ Sed parẽ æq̃lẽ nec oino iferiorẽ. ¶ Nec oino iferiorẽ. ¶ Nec me. h. locus ab auctoritate ne uideat̃ ipe temere de ſe ꝓſumpſiſſe & iudicaſſe. Lẽtulũ eũ q ꝓfuerat ciliciæ añ q̃ appi⁹. ad quẽ ſcriptæ ſũt epl'æ. i. li. ¶ Alr̃ q̃ Põ. & lẽ. q idicãt me eẽ uobis parẽ. ¶ Paulo di. acutiore iudicio εξοχη. i.

Noctem ĩ uigilias diuidi
Pria ſecũda & tertia uigilia
Ambo
Ambitioſus
Excellentia
Nobilitas

excellentia ευγενια.i.nobilitas:quæ differt ab excellentia.quæ eſt generis & maiorum.Nobilitas uero eſt generis.& ſui ipſius:ut oſtendit Iu.Tota licet ueteres exornēt undiq; ceræ Atria:nobilitas ſola ē atq; unica uirtus.¶Athenodo rus athenodori ut ſcribit Stra.li.xiiii.duo fuerant:quorū unus Cordilion dictus eſt:alter Sandonis filius a uico quodā Cananita dictus:Cæſaris ꝓtor fuit.& in ſummo honore apud illum habitus:is nobilitatē ſola uirtute metiebatˀ.¶Vt ad rem:quia inter multas cauſas quas dixerat ſibi fuiſſe:ut ei obuiā prodiret.dixerat deinde quod caput eſt: amico po ſtea diuerterat ad eū rephēdēdū.¶Ita.ſ.me eſſe tibi amiciſſimū.¶Tu aūt:ego inquit oībus officiis faciā ut intelligas

Athenodorus

me tibi eſſe amiciſſimum.¶Tu aūt ſi agis id ut in abſentia mea uidearis: minus debere. & eſſe obligatus mea cauſa:q̄ ego laboraui tua cauſa non curo.nolebat.n.Appio uideri debe re Cicero q multū antea eius cauſa laborauerat.& dedignabatˀ eū laudare: a quo fuerat & multū & ſæpe laudatus.¶Laborauerim: curauerim effecerim.¶Tua.ſ.cauſa.¶Libero: abſoluo.¶Iſta cura:ne uidearis debere mihi. hoc eſt nō curo qui ſi non honorabor ab Appio:honorabor ab aliis:quod declarat uerbis agamennonis apud Home. in primo iliados. ſic loquentis aduerſus Achilem. παρεμοι γεκαι αλλοί οικαι μετιμησοισι μαλιστα δεμητιταζευσ.i.apd me & alii q mehonorabūt maxie aūt cōſiliariˀ Iuppiter φιλαιτιοσ q̄rulus uel litiū cupidˀ & amator:φιλοσ amicus αιτια cauſa & accuſatio.¶Illud non perficies:hoc eſt non aſſequeris:non obtinebis.¶Quominus: duæ ſūt partes.¶Quo.i.ut.Velim.m.tua cā.i.minorē pro te & utilitate tua habeam uoluntatem. ¶Aſſequere:perficies.¶Vt mi.laborez: ut minus curē.¶In quam partem:an in bonam:an in malam.¶Accipias.i.id quod tua cā uelim. ¶Libertus apertioribus & pluribus uerbis. ¶Fretus:tutus:confiſus. ¶Officii mei: erga te.quod in nulla re tibi defuit.¶Et beniuolentiæ meæ erga te.¶Certo iudicio.non temere. ¶Suſceptam inceptam.¶Quo ad.quouſq; quamdiu.

Verſus Homeri

Quo ad

rem quidem nunquam:ſed parem me uobis ſperaui eſſe factum nec me hercule aliter uidi exiſtimare uel Gn.Pōpeium quem omnibus:qui unquam fuerunt:uel Pu.Lentulum quem mihi ipſi antepono. Tu ſi aliter exiſtimas: nihil errabis: ſi paulo diligentius ut quid ſit ἐξοχ quid nobilitas intelligas: & ſi Athenodorus Sandinis filius quid de his rebus dicat attenderis. Sed ut ad rem redeam me tibi non amicum modo: uerum etiam amiciſſimum exiſtimes uelim. Profecto omnibus officiis meiis efficiam:ut ita eſſe uere poſſis iudicare. Tu autem ſi id agis: ut minus mea cā dū ego abſum debere uidearis: quam ego tua laborare:libero te iſta cura. παρεμοί γεκαι αλλοί οικαι μετημησουσι μαλισα δεμητιεταρευσ. Si autem natura eſt φιλαιτιοσ illud nō perficies quominus tua cauſa uelim.hoc aſſequere ut inquam partem accipies minus laborem: Hæc ad te ſcripſi liberius fretus conſcientia officii mei: beniuolentiaq; quam a me certo iudicio ſuſceptam:quo ad tu uoles conſeruabo. Vale.

M.T.C. Appio pulchro imperatori.S.D.

ET ſi quantum ex tuis litteris intelligere potui: uidebam te hanc epiſtolam quum ad urbem ueniſſes eſſe lecturum:refrigerato iam leuiſſimo ſermone hominum prouincialium: tamen quum tu tam multis uerbis ad me de improborum ratione ſcripſiſſes:faciendum mihi putaui:ut tuis litteris breui reſponderem. Sed prima duo capita epiſtolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquēda ſunt.nihil enim habēt: quod diffinitum ſit aut certū:niſi me uultu taciturnitate

ET ſi hæc epiſtola fere tota ē reſponſiua epiſtolæ Appii.niſi i fine.¶Cōqueſtus eniz fuerat primum qđ Cic.uultu & taciturnitate ſignificaſſet ſe nō eē amicū Appii.quod Cic.dicit ſe nō intelligere. quia nihil fuit.Deinde cōqueſtus erat qđ quū ciuitates prouīciæ decreuiſſent mittere publico ſumptu legationes Romam ad laudandū appium in ſenatu Ci.edicto ſuo & decreto ꝓhibuiſſet ipſas legationes de qua re ſe excuſat diligēter. Addiderat Appius ꝗ Cic.de eius fama in prouīcia detraxiſſet qđ omnino negat Cic.& dicit appium aut hoc īprobe finxiſſe.aut ſi audiuit ab aliquo euz erraſſe.tñ qđ nimis temere & leuiter crediderit. Poſtremo oſtendit ſibi gratum eſſe quod admonitus fuerit de rebus urbanis ab Appio.quem rogat ut agat cum Hortenſio familiari ſuo ut omnino non approbet.ꝗ Cice.remaneat in prouīcia ꝑ duos annos.Breuius domū admonet Appiū ubi nūc ſit.& qd noui ſit Cilicia.¶Videbam intelligebam.¶Hanc meam.¶Ad urbem.in urbe. Significat enim nūc in loco.ut prima quod ad Troiam pro caris geſſerat argis.¶Refrigerato remiſſo diminuto ceſſante ſicut cōtra feruere ponitur pro creſcere & frequentari.¶Leuiſſimo ſermone.ideſt leuiſſimorum hominum ſermone.Prouincialium illius prouinciæ.i.cilicum qui gaudent inter nos diſſidium ponere.¶Multis uerbis.longiore epiſtola.¶Faciendum putaui.i.uiſum eſt mihi.¶Breui.i.paucis uerbis.Capita.capitula primæ partes uel clauſulæ primæ.¶Tacita.ſine ulla mentione & reſponſione.¶Diffinitum determinatum.¶Certum expreſſum.uidentur eniz eſſe ſomnia.q̄ in principio epiſtole ſcribis.¶Vultu faciei qualitate qua poſſumus ſignificare animum noſtrum.utputa ſi rideamus. quum quiſpiam detrahit de honore alterius ſignificamus nos non eſſe ei amicos.quia non rideremus.Quum uero propter illas detractiones.obducimus aut rogamus frontem oſtendimus nos amicos. q̄ nolumus audire eius detractiones dep̄hendi autem uultu amici qualitatem oſtendit Iuuenalis.Deprehendas animi tormenta latentis & egro corpore deprehendas & gaudia.

Ad urbe3 Significare

Nunc in loco

ſumit utrũq;. Inde habitum facies. ℭ Taciturnitate: qa ſi detrahentibus nihil contra reſponderemus: uidemur confirmare: ergo. ℭ Vultu: oſtendendo lætitiam cum tibi detrahebatur. ℭ Taciturnitate: tacendo. & quodãmodo affirmando q̃ de te dicebantur: id me non eſſe tibi amicum. ℭ Pro tribu. i. in tribunali. Nam pro hic pro in ponitur. In tribunali aũt i. cum ius redderem. ℭ In conuiuiis: quibus interfueram. ℭ Hoc totum: quod dicis me ſignificaſſe uultu taciturnitate in tribunali & in conuiuiis me non eſſe amicum tibi. ℭ Nihil eſſe a me. nunquam a me eſſe factum. ℭ Ne quid dicat: quia ex nihilo nihil poteſt elici. ℭ Illud: dixit ſe nulla re oſtendiſſe ſe eſſe inimicum Appio: nec unq̃ ei detraxiſſe: nunc dicit ſe etiã cum ſæpe laudaſſe. ℭ Illud quod ſequitur. ſ. Meos ſermones habitos: dictos a me. ℭ Illuſtres. claros. honorificos. ℭ Ex ſuperiore loco. in tribunali. ℭ Ex æquo: inferiore ut in conuiuiis & cæteris locis. ℭ Laude tua: cum magna tua commendatione. ℭ Et ſignificatione: demonſtratiõe teſtificatione. ℭ Quod ad legatos: reſpondet alii parti epiſtolæ de impeditione legationum. ℭ Elegantius: dignius. ℭ Aut iuſtius. cum maiori iuſtitia. ℭ Egentiſſimarum: pauperrimarũ. ℭ Sumptus: qui imponebantur pro mittendis legationibus. ℭ Poſtulantibus a me: ut imminuerem ſumptus earum neque. n. mea ſponte motus ſum. ut id facerem ℭ Genus legationum. i. quales eſſent omnes legati: qui proficiſcuntur romam. ℭ Tuo nomine: tua cauſa: ut te laudarent. Principes. primates. ℭ Detulerunt ad me: renunciauerunt mihi. ℭ Decerni. ſtatui in prouincia. ℭ Soluendo non eſſent. ſoluere non poſſent: ſoluendi facultatem non haberent. ℭ Hic: tunc: eſt. n. aduerbium temporis ut hic Regina graue; gemmis auroque popoſcit: Impleuitque mero pateram. alias loci: ut hic illius arma hic curruſque fuit. ℭ Vrbanum: ciuilem cultis moribus. ℭ Vt nũc loquimur: quia uerbum erat temporibus Cice. nouum ut oſtendit Quintilianus libr. viii. ubi tractat de ornatu orationis: & adducit hunc locum Cice. iſto genere legationum. i. talibus legationibus quæ nulla neceſſitate proficiſcerentur: ſed tantũ ut te laudarent. ℭ Synadis. qđ eſt oppidũ Phrygiæ ad cariæ fines unde marmora effodiuntur: quæ ſynadica dicuntur. ℭ Id. ſ. te non delectari hoc genere legationum. ℭ Primum. ſ. dicebam. Appium Clodium. ſ. te. ℭ Myndeſium: Myndum oppidum cariæ. ℭ Sponte: per ſeipſum. i. ſua cauſa & non teſtimonio legationum. ℭ In ea. n. dicit quare potius dixerit Myndenſium: quam aliorum populorum quia in ea ciuitate mentio facta eſt de hac re. ℭ Senatui: a ſenatu: datiuus pro ablatiuo. ℭ Deinde. ſ. dicebam. ℭ Accidiſſe: contra eorum uoluntatem eueniſſe. ℭ Eorũ cauſa. ut eos laudarent. ℭ Tempus: occaſionem dari. ℭ Laudandi: eos quorum cauſa ueniſſent. ℭ Studia dicebam mihi placere uoluntatem eorum. quod eſſent grati erga te propter merita tua bene adminiſtratæ prouinciæ. ſed. ℭ Conſilium. deliberationem proficiſcendi Romam tua cauſa. ℭ Minime nec quia ut dixi tua ſponte ſatis eſt laudatus ſenatui & Popu. Roma. ℭ Officium ſu. i. ſi uellent demonſtrare ſe eſſe gratos. ſicut eos eſſe decet. ℭ Laudaturum ſubaudi dixi. ℭ Eſſet fun. offi. ueniſſet Romam ad laudandum te. ℭ Sumptu ſuo. proprio: non autem ſumptu publico: qui exigitur contra uoluntatem multorum. ℭ Conceſſurum, permiſſurum: ut fungerentur officio. ℭ Legitimo. ſcilicet ſumptu. ideſt honeſto. moderato. ℭ Infinito. nimio & immoderato. Eſſe. n. q. quoſdam exiſtimaſſe. ℭ Quaſi. cõ. q. d. debita opera & tantummodo ad hoc. ut impedirem legationem. & non prodeſſem prouinciæ. ℭ Accõmodatũ. adaptũ. factũ. ℭ Iam. inceptiua particula in hoc loco. ℭ Diſputant. pferunt. ℭ Hæc. talia. ſ. me feciſſe edictũ de induſtria. ut impedirẽ legationes tua cã pfecturus. ℭ Cuius. alicuius. ℭ Patent. ſunt expoſitæ qđ eſt ſignũ i conſtantiæ & amoris non ueri. ℭ Nam inquit Ci. in Lælio de amicitia. Addendum eodem ut nec criminibus inferendis

ſignificaſſe me tibi non eſſe amicum: idque pro tribunali quum aliquid ageretur: & nonnullis in conuiuiis intelligi protuiſſe. hoc totum nihil eſſe poſſum itelligere: ſed quum ſit nihil ne quid dicatur quidem intelligo. Illud quidẽ ſcio meos multos & illuſtres & ex ſuperiore & æquo loco ſermones habitos cum tua ſumma laude & cum magna ſollicitudine & ſignificatiõe noſtræ familiaritatis ad te uere potuiſſe deferri. Nam quod ad legatos attinet: qd a me fieri potuit: aut elegantius aut iuſti⁹: quam ut ſumptus egentiſſimarum ciuitatum minuerem ſine ulla imminutione dignitatis tuæ præſertim ipſis ciuitatibus poſtulantibus? Nam mihi totum genus legationum tuo nomine proficiſcentium notum non erat. Appameæ cum eſſem multarum ciuitatum principes ad me detulerunt ſumptus decerni legatis nimis magnos: quum ſoluendo ciuitates non eſſent. Hic ego multa ſimul cogitaui: primum hominem non ſolum ſapientem: uerum etiam ut nunc loquimur urbanum non arbitrabar iſto genere legationum delectari: Idq; me arbitror ſynadis pro tribunali multis uerbis diſputauiſſe. Primum Appium clodium ſenatui populoq; Romano non myndeſiũ teſtimonio: in ea enim ciuitate mentio facta eſt: ſed ſua ſponte eſſe laudatum: deinde me uidiſſe iſta accidiſſe multis: ut eorum cauſa legationes romam uenirent: ſed his legatiõibus nõ meminiſſe ullũ tẽpus laudandi aut locũ dari: ſtudia mihi eorũ placere q̃ i te benemerito grati eẽnt: cõſiliũ tuum totũ uideri minime neceſſarium. Si aũt uellent declarare in eo officium ſuum laudaturum me ſi quis ſuo ſumptu functus eſſet officio: conceſſurum: ſi legitimo: non permiſſurum ſi infinito. Quid enim reprehendi poteſt: ni

Soluendo non eſſent
Hic
Vãus

Synadis
Synadica
Marmora
Mynd

delectetur amicus:nec credat oblatis quæ pertinēt omnia ad inconſtantiam. Idem in eodem libro paulo inferius. Iam deinde non ſolum ab alio oblatas criminationes repellere:ſed neq3 ipſum quidem eſſe ſuſpitioſum: ſemper aliquid exiſtimantem ab amico eē uiolatum. ¶Edictum:decretum. ¶Publicani:qui publica tractant & conducunt. ¶Samum: ſamos tantummodo dicitur pro inſula. Same uero & ſamus pro urbe dicitur. auctor Strabo libro. x. ¶Romæ cū eſſe; romæ ubi nihil ſuſpicabar de huiuſmodi legationibus. ¶Addidi:occurrit obiectioni: ne diceret eum forte poſtea conſulto id addidiſſe. ¶Caput:capitulum quod ego tranſtuli de tuo edicto in meum. ¶In capite:de minuendis ſumptib?. ¶Noua:a te nō cogitata. ¶Salutaria:utilia. ¶Quibus:ſalutaribus. ¶Delector: qa cum præſim prouinciæ:omnia refero ad eius utilitatem. ¶Offenderez te facerē cōtra te. ¶Trāſlatitium:fictitium in me falſo tranſlatū. ¶Neq3.n.reddit rationem quare hoc ſit trāſlatitiū. ¶Priuatæ rei.ſed potius cā publica. ¶Legari.mitti ſubaudi eos. ¶Qui mittebantur.ſ.Romam. ¶Tibi.n.q.qui gereras magiſtratum. ¶Non priuata ſua:non ipſorum tantum prouincialium. ¶Edixi:decreui ſtatui. ¶Iniuſſu meo ſine mandato. ¶Excluſi:excepi. ¶Perſequi me:uenire ad me.q eram ad modum lōge. ¶Taurū montem quem Ci.tranſierat. ¶Ridiculum.dignum riſu. qa ſine ratione dictum. ¶Quid.n.erat hoc dicit nullam fuiſſe cauſaz quare eum pſequerentur trans Taurum. quia anteq̄ tranſiret Taurū:ita egerat iter ſuum:ut nō modo ille legationes:uerum etiam legationes oīum ciuitatum potuerint eum conuenire.

Diœceſis ¶Ad iconiū.unde pauloante mouerat caſtra. ut ī ſuperioribus epiſtolis oñdit. ¶Diœceſiū diœceſis ſcribitur p œ diphthongum:& ſignificat gubernationē admiſtrationē. nam Διοικεω ſignificat guberno:ergo diœceſiū.iuriſdictionū.gubernationum ꝓuinciæ. ¶Cis:citra. ¶Magiſtratus officiales.

Philomelum ¶Philomeli. qđ eſt oppidum phrygiæ in magna planicie a ſeptētrione.auctor Strabo. ¶Iſtius generis huiuſmodi quæ mitterentur cauſa laudādi te. ¶Atq3.dicit ſe nihil decreuiſſe ſua ſponte de huiuſmodi legationibus.niſi quod poſtulationibus principum ciuitatis coactus eſt facere. ¶Remittendo.pro dimittendo. ¶Poſtulauiſſent.rogaſſent. ¶In uenditionem tributoruz.quia plerunq3 uenduntur tributa his qui poſtea ea exigunt ſine ulla clementia. ¶Acerbiſſimam, crudeliſſimam accipiendo pignora & ſubhaſtādo bōa eorum qui debent tributa. ¶Capitū atq3 hoſtioruz.quæ per capita & per oſtia fit & imponitur. ¶Inducerentur imponerentur. & quaſi in malam conſuetudinem reducerent. ¶Minime neceſſarii. & ideo non tollerabiles. nam ſumptus neceſſarii etiam ſi ſint graues. æquius tollerantur. ¶Suſcepiſſem aggreſſus eſſem ut defenderem. ¶Adductus.motus. ¶Miſeriis calamitatibus. Perditas afflictas conſumptas. ¶Per ſuos magiſtratus latenter pulſat Appium. ¶Non negligens liptote ideſt diligentiſſimus. ¶Non debuiſti. ut oſtendimus ſupra ſe officiū boni amici & conſtantis. ¶Aliis multi enim ſunt qui multa fingunt & ea falſa attribuunt amicis quos peſſimos eſſe oſtendit Ora. in ſermonibus his uerbis. Fingere qui non uiſa poteſt. ſecreta tacere qui nequit. ¶Hic niger eſt hunc tu Romane caueto. Minime liberale. minime honeſtum. ¶Ego probat quod unquam detraxerit de fama Ap. neq3 enim conſequens eſt.ut qui ſtudeat alium honorare detrahat de eius fama.ſe autem dicit ſtuduiſſe honorare Appium.cuz retulerit ad generū eius ad Phaniā libertū. & Laptā ꝑfectū fabrū ſuorū.in quem locū appius uellet eū uenire.ſc.n. uetu⸗

ſi quod addis uiſum eſſe quibuſdam edictum meū quaſi conſulto ad iſtas legatiōes impediendas eſſe accommodatum. Iam uero mihi non tantum uidentur iniuriam facere hi:qui hæc diſputant:quam hi quorum aures ad hāc diſputationem patent. Romæ compoſui edictum nihil addidi niſi quod publicani me rogarunt:quum Samum ad me ueniſſent:ut de tuo edicto totidem uerbis tranſferrem in meum diligentiſſime ſcriptum:caput eſt quod ptinet ad minuendos ſumptus ciuitatum quo ī capite ſūt quædam noua ſalutaria ciuitatibus:quibus ego magnopere delector. hoc uero ex quo ſuſpicio nata eſt me exquiſiuiſſe aliquid in quo ego te offenderem:tranſlaticium ē. Neq; enim eram tam deſipiens:ut priuatæ rei cauſa legari putarem. Qui & tibi non priuato & pro re non priuata ſua ſed publica. non in priuato:ſed ī publico orbis terre conſilio. i. in ſenatu ut gratias agerent mittebantur:neq; enim quum edixi ne quis iniuſſu meo proficiſceretur excluſi eos qui me in caſtra:& qui trans taurum perſequi non poſſent. Nam idem maxime in tuis litteris irridendum. Quid enim erat quod me perſequerentur in caſtra taurumue tranſirent:quum ego laodicea uſq; ad Iconium iter ita fecerim:ut me omnium illarum diœceſium quæ cis taurum ſunt omniumq; earum ciuitatum magiſtratus legationeſq; conuenirēt:niſi forte cœperit poſtea legare:quā taurum ego tranſgreſſus ſum quod certe non eſt ita:quum enim Laodiceæ: Apameæ quum Sinadis: quum Philomeli:quum Iconii eſſem Quibus in opidis omnibus cōmoratus ſum. Omnes iam iſtius generis legationes erant conſtitutæ atq; hoc tamen te ſcire uolo: me de iſto ſumptu legationum aut minuendo:aut remittendo decreuiſſe nihil:niſi quod principes ciuitatum mane poſtulaſſent a me in uenditionem tributorum: & illā acerbiſſimā exactionē: q̄ tu nō ignoras capitū atq; oſtiorū:inducerētur ſumptus minime neceſſarii. Ego aūt quū hoc ſuſcepiſſem:nō ſolū iuſtitia:ſed etiam miſericordia

quocunq; ueniſſet. Ergo non eſt ueriſimile: quod cogitauerit ei detrahere. ¶ Ad li. ad phaniam: ut ſupra: in aliis. epiſtolis. ¶ Prefectum fabrum: Lepram ut ſupra. ¶ Venire. ut mecum loqui poſſes. ¶ Quare concludit huiuſmodi ſermones delatos. quod Cice. ei detraxiſſet. omnino non fuiſſe credendos. auctoritate eorum qui de amicitia ſcripſerunt ut probauimus ſupra ex Lælio Ciceronis. ¶ Auctoribus doctoribus ſuaſoribus. i. doctiſſimorum uirorum ſententia. ¶ Gereda colenda ſeruanda. ¶ Orationis detractoriæ. & transferendi criminationes falſas in amicum. ¶ Tollere remouere non credere. ¶ Diſputabant. oſtendit quid debuerit facere Appius. quia debuerat refellere criminationes. quæ ad ſe defere

adductus ut leuarem miſeriis perditas ciuitates. & perditas maxime per magiſtratus ſuos: non potui in illo ſumptu non neceſſario negligens eſſe. Tu quum iſtiuſmodi ſermones ad te delati de me ſunt: non debuiſti credere. Si autem hoc genere delectaris: ut qua tibi in mẽtem ueniant aliis attribuas: genus ſermonis inducis in amicitiam minime liberale. Ego ſi in prouincia detrahere tuam famam unquam cogitaſſem: non generum tuum. Cn. Lẽtulum: neque ad tuum libertum Brunduſii: neque ad præfectum fabrum corcyre: quem in locum uenire uelles retuliſſem. Quare potes doctiſſimis hominibus auctoribus: quorum ſunt in amicitia gerenda præclariſſimi libri ſcripti: genus hoc totũ oratiõis tollere. diſputabant. ego contra diſſerebam: dicebant. ego negabam. An mihi de te nihil eſſe dictum unq̃ putas: neque hoc neque cum laodiceam uenire me uoluiſſes: taurum ipſe tranſiſti: quod iiſdem diebus meus conuentus erat apameæ ſynadæ Philomeli: tuus tharſi: non dicam plura: ne qua te obiurgem: id ipſum uidear imitari. Illud dicam: ut ſentio ſi iſta que alios loqui dicis: ipſe ſentis tua ſumma culpa eſt. Si autem alii tecum hæc loquuntur: tua tamen quod audis culpa non nulla eſt. Mea ratio in tota amicitia noſtra conſtans. & grauis reperitur. Quod ſi quis me aſtutiorem fingit quid poteſt eſſe incallidius: quam quum te abſentem ſemper defenderim. cum præſertim mihi uſum uenturum non arbitrarer: ut ego quoque a te abſens defendẽdus eſſem? Nunc committerem ut tu iure optimo me abſentem deſerere poſſes. Vnum genus excipio ſermonis i quo perſæpe aliquid dicitur: quod te putem nolle dici: ſi aut legatorum tuorum quiſpiam: aut præfectorũ: aut tribunorum militum maledicit. Quod tamen ipſum nõ mehercule adhuc accidit me audiẽte. ut aut grauius diceret

bantur ad Cice. ſicut ipſe refellebat ad ſe delatas. ¶ Diſſerebam diſputabam credo eſſe uerba ſumpta ab aliquo qui dicat in amicitia ita eſſe faciendum. Contra ea quæ mihi deferebantur. ita ut facere debueras. ¶ De te. quod faceres contra honorem meum. ¶ Neq; hoc quidem. ſ. putas eſſe dictum. ¶ Venire me ſicut indicauerat mihi Lẽ. ¶ Clodius ut in præcedentibus epiſtolis eſt uiſum. ¶ Conuentus. i. iuriſdictio quia illuc conueniebant populi ubi erat procõſul. Apamea. & Laodicea Phrygiarum urbiũ maxime ſunt. ¶ Tuus Tharſi qa illic decernebas ſtatuebas iudicabas foru; habebas, ut ſupra in epiſtola quæ incipit. Cum meum factum tunc enim maliuoli hoies detulerant Cice. Appium præiudicare eius honori quia adhuc ita prouinciam adminiſtraret. quaſi Ci. pro nullo eſſet. ¶ Id ipſu; quod attribuã tibi. quod in mentem uenerit. ¶ Obiurgem accuſem te. quia te accuſo ꝙ id feceris. ¶ Si iſta dilẽma argumentum. quod ex utraq; parte cõcludit. ¶ Ipſe ſentis. ipſe iudicas & credis. ¶ Culpa quia temere credis. ¶ Sinautem altera pars argumenti. ¶ Quod audias. ꝙ his pate facias aures. quia non deberent aures tuæ patere delationibus iſtorum. ¶ Nonnulla aliqua ſed maior q̃ ſuperior. ¶ Quod ſi quis argumentatur aliis rationibus. ꝙ nulla fieret cauſa quare debuerit ei detraheř. & occurrit obiectioni. ſi quiſpia; fortaſſe diceret eum eſſe callidum & uerſutum. quod quidem eſſe nõ poſſet. ſi ei detraheret. quem ante laudaſſet eo tẽpore quo nõ ſperabat euenturum ut in aliqua re poſſet poſtea laudari ab Appio. nunc aute; cum egeat huius fauore. quomodo ueriſimile eſt quo egiſſet ut mereretur ab eo deſeri. ¶ Fingit putat. ¶ Aſtutiore; comparatiuum pro poſitiuo. ¶ Quid poteſt. oſtendit quod hæc eẽnt contra aſtutiam. quæ dicitur feciſſe. ¶ Incalidius ſtolidius ſimplicius. ¶ Vt ordo ẽ quid poteſt eſſe incalidius. q̃ committere ut tu optimo iure me deſerere poſſes. quum te abſentem defenderim. cum præſertim non arbitrarer &c. ¶ Defenderim. olim romæ. ¶ Te abſentẽ ab urbe. quum eſſes in ꝓuincia. ¶ Præſertim non fortaſſe dicatur feciſſe ut ide; ab eo poſtea acciperet. ¶ Vſum uenturum euenturum. ¶ Nã uſu uenire euenire & cõtigere ſignificat. ¶ Abſens nunc quum ſuum in prouincia. ¶ Quoque ſicut te defenderam̃. ¶ Committere facere. ¶ Iure optimo merito ipſo iuſtiſſima cauſa qui ſi tibi detraherem nunc. merito me deſerere poſſes. ¶ Vnum genus in uno tantum dicit Cice. ſe fortaſſe offendiſſe Appium ſi fortaſſe audiuit aliquos ex tribunis uel præfectis Appii minus honorifice de eo loquentes: quod tamen etiam dicit ratum fuiſſe. ¶ Excipio quia dixi me nunquam cogitaſſe detrahere tibi excipio. ¶ Vnum ge. ſe. quendam loquendi modum. ¶ Nolle dici quia non uideatur eſſe tibi honorificũ & declarat quod ſit illud. ¶ Sinautem. q. i. aliquis maledi. male loquitur de te quod ipſum. ut malediceret de te. ¶ Me audiente coram me. ¶ Grauius aſperius. ¶ Impurius inhoneſtius. ¶ In eo genere. in eiuſmodi ſermone.

Apamea Laodicea

Dilẽma

Vſum uenire

¶Minus fœlicem: moderate eum repræhendit. nolit dicere: te male tractaſſe prouinciam: ſed fuiſſe infœlicem non tua
culpa ſed aliorum improbitate: iniquitate aliorum: qui eſſent ſub te in adminiſtratione prouinciæ: quorum improbitate
dedecus ad te redundauit. ¶Hos: tales dicit quare hos ſermones audierit. & eos non repræſſerit: ne audiret. ¶Tuam
exiſtimationem: tuam auctoritatem. & dignitatem: quia non tua ſed aliorum culpa diceris minus fœlix fuiſſe. ¶Non
lac. i. non captaui. non prouocaui. non quæſiui: aut inuitaui. ¶Repreſſi. i. uetui dici. ¶Si quis eſt dilẽmate quodã oſten
dit omnino contemnendos eſſe eos: qui iſta deferunt Appio de Cicerone. dicit enim ſe reconciliatum eſſe Appio bona fi
de: quo ſi quis fortaſſe credit: dicit ꝓpter hoc
ſe non probari perfidum, ſed potius eum qui
nõ credat. & eſt prima pars argumẽti. ¶Coar
guit. comprobat. redierat enim in gratiaȝ ut ui
ſum eſt ſuperius: reditus in gratiaȝ illuſtris &c.
¶Indicat ſuaȝ: quia qui perfidus eſt. credit &
exiſtimat alios eſſe perfidos. ¶De te quem eo
dem modo exiſtimat non bona fide eſſe recon
ciliatum: ſicut nec me. ¶Sinautem: altera ps
argumenti. ¶Diſſimilitudine: quia alia ſunt
mea alia fuerunt tua inſtituta. ¶Recte. ſ. quia
uterqȝ noſtrum habuit rationeȝ iuſticiæ & ho
neſtatis in his quæ a nobis ſtatuta ſunt. ¶Nõ
ideȝ quia ego aliter & tu aliter ſtatuiſti. ¶Hũc
talem uirum: cui nõ placent mea inſtituta. quũ
ſit recta: quia diſſentiunt a tuis: quia mea ma
gis reſtrinxerunt impẽſas q̃ tua. ¶Liberalitas
latenter & caute mordet Ap. ꝙ prouinciam ni
mis magnis ſumptibus oneraſſet: quoniam cũ
large expenderet: large etiam pecuniam exige
bat ꝙ ſe facere nolle dicit. & ꝓpter aſperitatẽ
temporum & quia natura eſt reſtrictior ad lar
giendum de alieno quod latenter ſignificat fe
ciſſe Appium. ¶Liberalitas: noluit dicere lar
gitas: aut prodigentia: q̃ tñ intelligit. ¶Patuit
apparuit. ¶Vt tanq̃. ¶Nobiliſſimi cui a natu
ra ſit ingentia liberalitas. quia nobiles ſolẽt eẽ
liberaliores. ¶Noſtra liberalitas. ¶Anguſtior
tenuior. ¶Prolixa larga: ut Te. Accipit nemo
Prolixuȝ melius neqȝ prolixius ideſt largius. ¶Limita
Limitare bit: moderabitur: minuet: præſcribet. ¶Poſte
rior: ſequens poſt tuum magiſtratum. ¶Triſti
ciam: infœlicitatem: quia ſunt aliqui anni aſpe
riores: qui non poſſunt ferre ſumptus ſolitos.
¶Natura: ingenio meo naturaliter: quod offi
cium eſt iuſticiæ: neque enim ut ipſe in. i. offi. in
quit: eripiendum eſt alii quod aliis largiamur.
¶Temporibus: ſcilicet triſtibus. ¶Mouentur
efficiuntur. & eſt alia ratio quare ſit reſtrictior
eſt autem ſenſus & ordo. & cum iiſdem tempo
ribus triſtibus & malis quibus alii mouentur.
¶Iiſdem ego. m. me non eſſe acerbum eis, ut
ſim dulcis mihi. i. ut mouear: nõ uelle quærere
commodum meum cum incommodo aliorum
quod qui facit eſt acerbus aliis ut ſit dulcis ſi
bi. ¶Acerbum iniquum. ¶Sibi. i. ipſi: ſcilicet
aliis. non eſſe legendum eſt. & nõ me eſſe. quo
niam ita in emendatis codicibus legitur. & ali
ter ſenſus ſtare non poteſt. ¶De rebus. oſtẽdit
duplici de cauſa ſibi gratum fuiſſe ꝙ ab eo red
ditus ſit certior de rebus quæ romæ fierent. & quia intellexit ea quæ cupiebat de rebus urbanis. & quia cognouit man
data ſua fuiſſe curæ appio: cui mandauerat ut ſæpe ad ſe ſcriberet. ¶Per ſe. ſponte ſua. ¶Tum alia cauſa. ¶In q̄bus
mandatis. ¶Negocii. adminiſtrandæ prouinciæ. ¶Oneris. onerosi officii. ideſt ne aliud onus addatur mihi. ut faciã plu
ra. quam facio aut feci. ¶Accedat addatur. ¶Aut temporis. i. plus temporis maneam in prouincia. q̃ erat mihi ſtatutũ
ideſt ultra annum. ¶Aut ſentit. iudicauit ſententiam. & opinionẽ habuit propter me. ¶Decedat de hac ſententia bima
omittat etiam hanc ſñiam duorum annorũ de cõmoratione mea in prouincia. ¶Bima duorum annorum ſenſerat enim

aut impurius quam mecum cocyræ Clodius eſt locutus
quum in eo genere maxime quereretur te aliorum impro
bitate minus fœlicem fiuſſe. Hos ego ſermones qui &
multi ſunt: & tuam exiſtimationem: ut ſentio: non offen
dunt nõ laceſſiui unquam ſed nõ ualde repreſſi. Si quis
eſt qui neminem bona fide in gratiam putet redire poſſe
non noſtram is perfidiam coarguit. ſed indicat ſuam ſi
mulque non de meis peius quam de tuis exiſtimat. Sin
autem quem mea inſtituta in prouincia non delectant:
& quadam diſſimilitudine inſtitutorum meorum ac tuo
rum lædi ſe putat: quum uterque noſtrum recte fecerit:
ſed non idem uterque ſecutus ſit: hunc ego habere ami
cum non curo. Liberalitas tua in prouincia ut hominis
nobiliſſimi latius patuit: noſtra ſi anguſtior: & ſi de tua
prolixa beneficiaque natura limitabit aliquid poſterior
annus: propter quandam triſtitiam temporum non de
bent mirari homines: quum & ipſe ſemper natura ad lar
giendum ex alieno fuerim reſtrictior: & temporibus qui
bus alii mouentur iiſdem ego mouear: nõ eſſe acerbum
ſibi ut ſim dulcis mihi. De rebus urbanis quod me cer
tiorem feciſti: quum per ſe mihi gratum fuit: tum quod
ſignificaſti omnia mea mandata tibi curæ fore. in quibꝰ
unum illud te præcipue rogo: ut cures: ne quid mihi ad
hoc negocii aut oneris accedat aut temporis. Hortenſi
umque noſtrum collegam & familiarem roges: ut ſi unq̃
mea cauſa quicq̃ aut ſenſit: aut fecit: de hac quoque ſentẽ
tia bima decedat: quo mihi nihil põt eſſe inimicitiꝰ. De
noſtris rebus: quod ſcire uis: Tharſo nonis octobris ama
num uerſus profecti ſumus. Hæc ſcripſi poſtridie eius
diei. quum caſtra haberem in agro moleſtiæ: ſi quid ergo
ſcribam ad te: neq; domum unquã ad meos litteras mit
tam: quin adiungam eas quas tibi reddi uelim. De pthiſ
quod ſequeris: fuiſſe nullos puto: Arabes qui fuerunt ad

Hortenſius cum multis aliis:ut Ci.per duos annos remaneret in prouincia:de qua ſententia ut recedat.uult enim roga ri ab appio.℄Quo:qua ſnia bima.℄Inimicitius:magis aduer ſum quia nihil eſt quod min⁹ uellem.℄Amanũ ue.hæc propoſitio uerſus eleganter nominibus locorum poſtponitur:ut italiam uerſus:romam uerſus. Amanus autem mons eſt ut ſupra docuimus inter Ciliciam & antiochiam.Pomponius mella:prima eſt reliqua pars Syriæ: cui antiochiæ cognomen additur.& in ora eius urbs Seleucia:hippatos & cætera.Tum mons amanus.& ab eo ſtatim Miriandros. & Cilices.℄Poſtridie eius diei,i,die qui eſt poſt nonas octobris.℄Moleſtiæ.nomen eſt loci in Aſia.℄Adiungam: illis quas mitto ad meos.℄De parthis:quæſierat n.Appius a Cicerone an parthi ingreſſi eſſent prouinciam:quia audierat tumultum in ea fuiſſe.itaq; reſcribit Cicero ſe arbitrari nullos fuiſſe.℄Qui fuerunt.in prouincia. ℄Admixto ornatu parthico: quia Arabes acceperunt habitu; armaturæ parthorum:qui omnes dicebantur reuertiſſe in prouinciam ſuam. ℄Hoſtem. pro hoſtes.℄De quo.ſtatu reip.℄Sollicitus: anxius.℄Noſtrum mihi amicũ tibi etiã affinitate coniunctum: quia filius Pompeii erat gener appii:ut ſupra uiſum eſt. — Verſus Amanus.

mixto particho ornatu dicuntur omnes reuertiſſe. Hoſtem eſſe i ſyria negãt ullum. Tu uelim ad me ſæpiſſime & de tuis reb⁹ ſcribas:& de meis:& de reip. ſtatu:de quo ſum ſolicitus:eo magis:ꝗ ex tuis litteris cognoui pompeium noſtrum in hiſpaniam iturum. xxxvij Vale.

M.T.C. Appio Pulchro Impera.S.D.

Vix tandem legi litteras dignas appio Clodio plenas humanitatis:officii:diligẽtiæ aſpectus uidelicet urbis: tuam tibi priſtinã urbanitatẽ reddidit: nam quas ex itinere antequam ex aſia egreſſus es ad me litteras miſiſti:unas de legatis a me prohibitis proficiſci:alteras de apameorum ædificatione impedita legi perinuitus:ita conſcientia mea conſtantis erga te uoluntatis reſcripſi tibi ſubiratus. His uero litteris lectis: quas Philotimo liberto meo dediſti:cognoui intellixiq; in prouincia multos fuiſſe qui nos quo animo inter nos ſumus eẽ nollent. Ad urbem uero ut acceſſeris:uel poti⁹ ut primum tuos uideris:cognoſcere te ex his quam in te abſentem fide: qua in omnibus officiis tuendis erga te beniuolentia & conſtantia fuiſſem. Itaque quanti illud me exiſtimare putas:quod eſt in tuis litteris ſcriptum:& ſi quid acciderit quod ad meam dignitatem pertineat:& ſi uix fieri poſſit:tamen te parem mihi gratiam relaturum. Tu uero facile facies. Nihil eſt enim quod ſtudio & beniuolentia uel amore potius effici non poſſit. Ego & ſi ipſe ita uidebam & fiebam crebro a meis per

Vix tandem. Vt ex ſuperioribus epiſtolis cognitum eſt: cõqueſtus fuerat Appius quod Cice. ædificationem quandam quæ in honorem Appii fieret: impediſſet & quod legationes quæ Romam ad eum laudandum erant profecturæ prohibuiſſet. ita.n. maliuoli quidam rettulerant Appio: anteq̃ ex aſia diſcederet; ſed poſtea quam romam aduenit:intellexit a ſuis qua obſeruantia & conſtantia in tuendis omnibus officiis erga Appiũ fuiſſet.C.itaq; ſcripſerat ad eũ humaniſſime: oſtẽderatq; ſe falſum intellexiſſe.Quamobrem Cicero nunc cum eo iocatur:dicens ſe nunc tandẽ accepiſſe ab eo humanitatis plẽas litteras: qa poſtq̃ uenit ad urbem: urbanitatem priſtinã recuperauit:cum ante ex itinere ſcripſiſſet aliquãdo ruſtici⁹ & aſperius.Deinde ei gratulatur:ꝙ ſcripſerat ſe ſperare triumphum:quem cum primum conſecutus fuerit:rogat ut eum lõga epiſtola certiorem reddat. Poſtea uero rogat eum ut abſoluat libros augurales;quos ei ꝓmiſerat pro quorum remuneratione dicit ſibi diligẽter conſiderandum:quid dignum afferre poſſit.Eũ poſtremo rogat: ut det operam:ut ſupplicationes ei decernantur pro re bene geſta in ꝓuincia de qua dicit quare ſerius ad ſenatum ſcripſerit. Vix tandẽ: poſt multũ tpis:ut uix tandem magnis ithaci clamoribus actus:cõpoſito rumpit uocem.neq; tñ tam refert ad diuturnitatẽ tpis q̃ ad effectum expectantis.℄Dignas Ap.q.d.homine nobiliſſimo:quem quidem humaniorem eſſe decet. ℄Aſpect⁹ n.oſtendit magni intereſſe quibus in locis uerſemur:quia ex aliis ruſticitatem ex aliis urbanitatem trahimus. ℄Vrbis: Romæ.℄Priſtinam:conſuetam ſolitam:non autem recte diceremus priſcam:quia priſcus alienæ & remotæ ætatis eſt priſtin⁹ autem ante actæ.ſed tamen noſtræ ætatis.neque ualdæ remotæ. ℄Reddidit reſtituit quia eam amiſeras cum eſſes inter barbaras gentes in prouinciam.℄Nam quas.dicit quare nunc tandem acceperit ab eo litteras plenas humanitatis.quia ſuperiroes fuerant plenæ quærelæ.℄Ex iti.ex uia.cum romã uerſus proficiſceris.℄Egreſſus.exiuiſti. ℄Vnas diſtinguit quæ ſunt illæ litteræ unas quibus reſpondit in præcedenti epiſtola.℄Alteras.de ædificatione qbus Ci.reſpondit in epiſtola que incipit.Pluribus uerbis.℄Perinuitus ualde non libenter. ℄Conſcientia.quia ſciebam me nihil egiſſe contra dignitatem & honorem tuum.℄Subiratus.aliquantulum iratus.ut in præcedentibus epiſtolis reſpõſiuis uidere licet.℄Multos maliuolos.℄Nollent dolerent.℄Quo quali.ſ.fido & concordi. ℄Vt poſtq̃.℄Vel potius correctio ẽ.℄Cognoſcere ſubaudi itellexi.℄Ex his.ſ.tuis.℄Obſeruãtia reuerẽtia.℄Oibus officiis:oibus q̃ a me effici deberent.℄Quanti.æſti.quanti facere.q.d.maximi.℄Et ſi qd.ſnia eſt ſumpta ex epiſtola Appii.qa ita ſcripſerat ad Ci.in hanc ſniam quã ponit hic Ci.ſed ubi ille dixerat quã dignitatẽ tuã Ci.qa de ſe loquitur dicit dignitatem meam. ℄Et ſi.q̃q̃.℄Vix fieri poſſit.uix ſit poſſibile.ut mihi parem referas gratiam.℄Relaturum redditurum ut ita ꝓ me faceres.ſicut ego ꝓ te feceram.℄Tu uero.qa Ap.dixerat uix fieri poſſe.ut parem ei gratiã referre poſſet.C.refutat.& di

Priſcus Priſtinus

cit id facile fieri poſſe: qa nihil eſt tam difficile quod non facile ſit uolenti. ¶ Facies. i. referes mihi parẽ gratiam. ¶ Fa cile. quia ille dixerat uix. ¶ Nihil. ratio facilitatis. ¶ Studio. prompta uoluntate. ¶ Vel amore potius correctio eſt. qa plus eſt amor q̃ beniuolentia. quia ex eo beniuolentia naſcitur. ut oſtendit. C. in Lælio de amicitia his uerbis. Amor. n. ex quo nominata eſt princeps eſt ad beniuolentiam coniũgendam. ¶ Ego nunc ei gratulatur ꝙ ſer pſerat ſe ſperare triũ phum. quod & ſi a ſuis ſe ante intellexiſſe dicit. tamẽ oſtendit ſibi gratiſſimum fuiſſe ſe eius litteris cognouiſſe. ¶ ita. ſ. te non dubiam habere ſpem triumphi tui. ¶ De ſpe tua. ¶ Triumphi tibi decernendi. propter res in prouincia geſtas.

litteras cercior: tamẽ maximam lætitiam accepi ex tuis litteris de ſpe minime dubia. Et plane explorata tui triũ phi: neq; uero eam cauſam: quo ipſe facilius cõſequerer. Nam id quidem επικουρειον ſed ẽ me hercule quod tua dignitas: atq; amplitudo mihi eſt ipſa cara per ſe. Qua re quoniam pluris tu habes quam cæteri quos ſcias in hanc prouinciam proficiſci: quod te adeunt fere omnes ſi quid uelis gratiſſimum mihi feceris ſi ad me ſimulat- q; adeptus eris: quod & tu cõfidis: & ego opto litteras mi ſeris. Longi ſubſelii: ut noſter Pompeius appellat iudi- catio & mora: ſi quem tibi item unum alterum ue diem abſtulerit: quid eni poteſt amplius: tua tamẽ dignitas ſu um locũ obtinebit. Sed ſi me diligis: & ſi a me diligi uis ad me litteras quãprimũ lætitia afficiar mittito. Etiã ue lim reliquũ ꝙ eſt promiſſi ac mũeris tui mihi perſoluas: cũ ipſam cognitionẽ iuris augurii cõſequi cupio tũ me hercule tuis incredibiliter ſtudiis erga me, mũeribuſque delector. Quod autẽ a me tale qd deſideras: ſane mihi cõ ſiderandũ ẽ: quo te potiſſimum remunerer genere. Nam profecto non eſt meum: qui in ſcribendo: ut ſoles admi-

¶ Explorata. certa. ¶ Neq; uero. occurrit obiectioni. ne dicatur cepiſſe læticiam de hac ſpe triumphi cauſa ſua. ut ſi triumphus decer neretur Appio etiam ipſe qui multo plura egiſ ſet. honeſtius poſſet petere. ¶ Ipſe ego. ¶ Cõ ſequerer. obtinerem. ſ. triumphum. ſi tu obti- nuiſſes. ¶ Id. ſ. optarem triumphum tibi mea cauſa eſt επικουρειον. i. epicureũ. Epicurei n. ut Ci. multis in locis. omnia ad ſuã uolupta tem. & ad ſuum cõmodum referũt. ¶ Sed me hercule. aduerbium eſt iurãtis & ſubaudi. cœ pi maximam læticiam. ſ. ideo. ¶ Quod. quia. ¶ Per ſe ſua ſponte. propria cã ſua. ¶ Quare infert ex ſupra dictis ſibi gratiſſimum fore. ſi ut primum adeptus fuerit triumphum. cuȝ lit teris ſuis admonuerit. ¶ Pluris accuſatiuus ẽ caſus pluralis numeri. pluris autem intellige ip ſos nuncios uel tabellarios. ¶ Quam cæ. qui ſunt romæ ne fortaſſe diceret. Ab cum poſſe admoneri aliorum litteris. ¶ Quos. nuncios. ¶ Quod rõ quare ſciat plures ꝓficiſci in pro uinciam q̃ alii. quia nemo fere ibat in prouin ciam. qui non adiret ipſum appium. & peteret ſi quid uellet ſcribere. quia cum fuiſſet antea imperator in prouincia. exiſtimabat omnes eũ aliquid etiam habere. de quo uellet ſcribere. ¶ Velis. aut ſcribere aut agi per eos pro te in prouincia. ¶ Simulatq; dictio compoſita. & ſignificat cum primum uel poſtq̃. ¶ Quod tu confidis. quod certo credis te adepturum. & in telligit triumphum. ¶ Longi ſub. ſubſellia di- cuntur ſedes & pulpita in quibus ſpectaban tur ludi a ſubſedendo. Perſ. Troſſulus exultat tibi per ſubſelia leuis. hic autem per contemptum roſtra ſenatorum appellauit ſubſellia. dixit ergo litteras longi ſubſel lii. i. longæ conſultationis & iudicationis. quia in ſubſelliis longo tempore morantur. qui delectãtur ſpectaculis huiuſce modi autem loquendi modum uſurpauit Pompeius in contemptum ſenatorum. qui tãdiu in roſtris morarentur in ſubſel liis hoc eſt pulpitis qui ſpectarent ludos. eſt autem ſenſus mihi rem gratiſſimam feceris. ſi cum primum adeptus fueris triumphum quem confidis te adepturum. miſeris ad me litteras illius longæ deliberationis ſenatus quia quottidie diffe rebat ſenatus hanc deliberationem decernendi triumphum ipſi Ap. Indicatio & mora endiadis eſt. i. iudicationis mora iudicatio autem hoc loco ſignificat deliberationem. ¶ Quem unum. aliquem unum. Alterum ſecundum. i. unum duos aut tris dies prouerbialiter loquutus eſt intelligens aliquot dies ſic Terenti. in And. Poſtq̃ amator acceſſit unus atque item alter &c. i. aliquot amatores. ¶ Abſtulerit eripuerit ne tam cito decernatur tibi triumphus. ¶ Quid. n. parentheſis. ¶ Ampliuſquam. ſ. auferre aliquot dies. Locum ſtatutum ſuum. i. tamen obtinebit triumphum. ¶ Sed oſtendit q̃ ſit cu pidus audiẽdi & intelligẽdi ab eo triumphum eſſe impetratum. ¶ Vt afficiar læti. ut lætor tua cã non mea. ut ſupra di xi. ¶ Et ueli nũc rogat ipſuȝ ut pficiat libros augurales. quos Ci. ꝓmiſerat. ¶ Reliquũ muneris qd' reſtat de munere ꝓ miſſo. nã ptẽ iã ad Ci. miſerat. ¶ Perſoluas. pficias. cõpleas. ¶ Cũ dicit duabus de cãs ſe expectare hos libros Primũ qa cupidus ſit auguralis diſciplinæ q̃ in illis libris optime explicabatur ab Appio. ſed multo magis quia incredibiliter delectet oĩbus muneribus & ſtudiis. q̃ ab appio ꝓficiſcunt. & ita uidet magnifacere igeniũ ei⁹. Sed quoniã poſuit cũ & tũ plus ponderis oſtẽdit eſſe in ſecunda cã. nã tum ut ſæpe diximus magis ſignificat q̃ cũ. ¶ Cognitiõe ſcientia. ¶ Iuris erat ius augurũ ſicut hodie ius pontificũ. ¶ Quod aũt. excuſat ſe apud Appiũ. q aliqd tale ab ipſo cicerone petiuerat. ideſt ut Ci. ẽt aliqd cõponeret quod ad ſe inſcriberet. ad quod reſpõdet Cice. diligẽter ſibi conſiderandum eſſe quo mu nere eum remuneret. ut aliquod tale faciat. ne uideat fuiſſe negligens erga eum. in quem etiam poſſet uideri ingratus. niſi aliqd magnũ redderet. ¶ Tale qddã aliqd tale. quod ex ſtudiis meis ꝓficiſcat. ¶ Non eſt meũ. non decet me non eſt officii mei. ¶ Qui. ego. ¶ Induſtriæ. diligentiæ. ¶ Cõmittere. facere. & ut plurimũ in malam partem accipitur. ſigni ficat enim peccare unde & cõmiſſum peccatum dicitur. eſt autem ordo. non eſt meum qui ponam tantum induſtriæ in ſcribendo. ut tu ſoles admirari cõmittere. ut negligens in ſcribẽdo fuiſſe uideat præſertim & cætera. ¶ Admirari. admi

Epicurei

Simulat que

Subſellia

Endiadis

cũ & tuȝ

Cõmitte re

tabatur enim Appius ſcripta Ciceronis ita eſſe terſa & emendata: ut nihil addi aut repræhendi poſſe uideretur: de quo nunc ſe Cice. latenter laudat. Videar negligens: quod quidem mihi accideret: niſi pro tali & pro tãto tuo munere aliqd egregium excogitarem. quo te remunerem. ¶ Præſertim. addit unam uehementiſſimam cauſam huius diligentiæ adhibenda: quia non ſolum uideretur negligens: ſed etiam ingratus erga talem uirum. ¶ Crimen. culpa: imputatio. ¶ Videbimus. conſiderabimus. ¶ Illud rogat Cice. Appium. ut det operam ſupplicationes ei decerni: ſicut ſponte promiſerat. ¶ Polliceris. ſponte promittis pollicemur. n. ſponte: promittimus rogati. licet interdum hæc confundantur. ¶ Fide. quia dicis eſſe facturum ut fiat quod polliceris.

Cõmiſſum

Polliceor

Promitto

rari: tantum induſtriæ ponam committere: ut ſcribendo negligens fuiſſe uidear: præſertim quum id non modo negligentis: ſed etiam ingrati animi crimen futurum ſit Verum hoc uidebimus. Illud quod polliceris uelim pro tua fide diligentiaque & pro noſtra non iſtituta: ſed iam inueterata amicitia cures enitare: ut ſupplicatio nobis quam honorificentiſſime quamprimumq; decernatur omnino ſerius miſi litteras quam uellem. In quo cum nauigandi difficultas fuit odioſa: tum ipſum in diſceſſum ſenatus incidiſſe credo meas litteras: ſed id feci adductus auctoritate & conſilio tuo. Idque a me recte factum puto: quod non ſtatim ut appellatus imperator ſim: ſed aliis rebus additis æſtiuiſque confectis litteras miſerim. Hæc igitur tibi erunt curæ quemadmodum oſtendis: meque totum & mea & meos cõmendatos habebis. XXX Vale.

M.T.C. Appio pulchro Imperatori. S.D.

QVum nobis allatum eſt de temeritate eorum qui tibi negotium faceſſerent: & ſi grauiter primo nuncio commotus ſum: q; nil tã præter opinionẽ meã accider potuit: tamẽ ut me collegi cætera mihi facilia uidebantur: q & in te ipſum maximã ſpẽ: & ĩ tuis magnam hẽbã: multaq; mihi ueniebant in mentem:

¶ Pro fide ergo tua mihi. ſ. ꝓmiſſa. ¶ Nõ inſtituta. non noua & nunc incepta. ¶ Inueterate. iãdiu inter nos acta. & quodãmõ facta uetera. ¶ Enitare: re ipſa perficias. ¶ Supplicatio q̃ ꝑcedebat triumphum. ¶ Iã. n. multa ĩ ꝓuicia fœliciter geſſerat Ci. ꝓ qb⁹ petebat ſupplicationẽ ſibi decerni. ¶ Quẽ honorificẽtiſſime: qa ſupplicatiõe poterãt fieri interdũ cũ maiore honore: interdũ cũ minore. ¶ Quãprimũ petit. n. ut cito decernat. ¶ Oino. excuſat tarditatẽ ſuam litterarꝫ ad ſenatũ de reb⁹ a ſe geſtis ¶ Serius. tardius. ¶ In quo. ĩ qua re: ut ſerius mitterẽ lr̃as. ¶ Dificultas na. oñdit duo icommoda ſibi fuiſſe ĩ his litteris & ꝙ nõ facile poſſent nauigare q̃ uenirẽt ex Ciſlitia. & ꝙ credit litteras ſuas in diſceſſum ſenatus incidiſſe: ſed hãc ultimã cãm ꝙ litteræ ſuæ in diſceſſu ſenatus ĩciderit: dicit nõ fuiſſe ſine rõne. qa Ap. cũ hortatus fuerat ut ita faceret. ¶ Odioſa: moleſtia & ĩgrata mihi. ¶ Incidiſſe: deueniſſe: allatas & redditas eẽ: ¶ In ip. d. ſ. qdã uolũt intelligi: cum ſenatus faceret ſñiarũ diſceſſionẽ: de qua ſatis multa in primo libro diximus: cũ exponeremus illũ locũ in ſecũda epiſtola: ante oportere ſe facere diſceſſionẽ. q̃ cõſules. Alii diſceſſum legẽdũ putãt a diſcedendo. ut intelligamus in ipſum diſceſſum ideſt in contentionem & diſcordiam ſenatus. Harum duarum ſententiarum prima eẽt fortaſſe ꝓbabilior. ſed utraq; nequaq̃ uera. qa neq; diſceſſus uſq̃ legitur ꝓ diſceſſiõe de qua dixim⁹ ex auctoritate. A. G. neq; ci. abſens potuerat ſcire qñ ſenatores facerent ſñiarũ diſceſſionẽ. i. expeditionẽ ergo melius eſt intelligere diſceſſum. cum ſenat⁹ ab urbe diſcederet. qa in maximis caloribus ſolebãt ſenatores rus ſeccedere ualitudinis cã. qđ qdẽ qñ eẽt. Ci. ſatis ſcire poterat ex cõſuetudine. nã hoc maxime auguſto mẽſe fiebat Hora. in epl'is. Quiq; dies tibi pollicit⁹ me rure futurũ. ſextilẽ totũ mẽdax deſideror at q. Si me uiuere uis ſanũ recteq; ualẽtẽ. Quã mihi das ægro. dabis ægrotare timenti Mœcenas ueniã &c. Feci id. ut meæ litteræ ĩciderẽt ĩ diſceſſum ſenatus. ¶ Adductus motus. ¶ Auctoritate grauitate q̃ talis es q facile potueris mihi pſuadere. ¶ Et cõ. ita. n. cõſuluiſti ut facerẽ. ¶ Statim repẽte ſubito. ¶ Vt poſtq̃. ¶ Appellat⁹ ĩpator. i. qa nõ ſtati cũ datũ ẽ mihi nomẽ ĩpatoris uolui ſcribere ad ſenatũ. ¶ Aliis rebus. utputa ꝓuincia bñ conſtituta multis ẽt uictoriis ptis. ¶ Additis. ſ. ad nomẽ ĩperatoris. ¶ Cõfectis æſtiuis finitis æſtiuis. i. educto exercitu ab æſtiuis ad hyberna. nã ut ſupra dixim⁹ æſtiua dñr loca militũ in æſtate. hyberna uero in hyeme. Hæc & de libris auguralib⁹ abſoluẽdis. & de ſupplicatiõe mihi decernẽda. ¶ Oñdis. i. litteris & ꝓmiſſionibus tuis ſignificas te eſſe facturũ. ¶ Me totũ. hoc ſatis poterat eẽ ad declarãda q̃ infra dicet. nã me totum ſignificabat pſonam meam dignitatẽ & rem. & meos oẽs ſed a genere. ut plærunq; facit. deſcendit ad ſpeciem. & declarauit quid ſit me totum. ſ. & mea & meos.

Aeſtiua

hyberna

QVum ẽ. Quũ ĩtellixiſſ; Ci. Ap. ãbitus accuſatũ eẽ cũ hac epl'a cõſolatus ẽ. dicẽs ſe ita cõfidere & ĩ eius innocentia. & ĩ pſidio amicorũ eius. ut nõ dubitet iſtũ laborẽ & uexatiõẽ accuſatiõis fore ei honori. & qa iuidorũ quoq; maliuolẽtia triũphũ obtinere. Ap. ñ poterat. q̃ ſcripſerat ſe cõfidere adeptorũ eẽt. hortat ẽt ei. ut æquo aĩo id ferãt. ſe ãt pollicet oĩno defenſurũ eius nomẽ & dignitatẽ in prouicia. neq; de hoc dicit ſe poſſe rogari ſine iniuria. Rogat deide Appiũ ut det opam. neqd tpis ſibi ꝓroget ĩ ꝓuicia. ut poſſit romæ ſuũ fauorẽ ei pſtare. & quoniã ſcripſerat Appius ſe cognouiſſe ĩcredibilẽ beniuolẽtiã oĩu; ordinũ erga ſe. rñdet Ci. ſe minime mirari. quũ talis ſcit q̃ mereat fauorẽ oĩum bonorũ uirorũ. Multis poſtrẽo uerbis ſe excuſat Cic. ꝙ nõ ĩpediuiſſet legationẽ q̃ ro. mittebat ad laudes ipſius Appii. & adducit rõnes quare id facere nec uoluerit. nec debuerit uſq; ad finẽ epl'æ. ¶ Allatũ nũciatũ. ¶ De temeritate de audacia & ĩprudẽtia. ¶ Faceſſerẽt. n. darẽt tibi laborẽ & ĩpedimẽtũ. nã negociũ pro labore plærũq; ponit. ¶ Grauiter cõmotus uæhemẽter pturbatus. ¶ Prio. n. ſtati ut primũ audiui. ¶ Quod qa. & ẽ rõ quare prio nũcio ſit grauiter cõ

Negociũ

motus. ¶ Præter meam opinionem.i.tam præter meam ſpem:omnia enim exiſtimaſſem potius tibi euentura: q̃ hoc ut accuſaueris. ¶ Vt poſtq̃. ¶ Collegi mihi.diligentius conſideraui. ¶ Cætera:reliqua q̃ pertinent ad defenſionem tuam. Quãob rem Cætera autem dixit quia accuſationem nõ poterat uitare:quæ iam facta erat. ¶ In te ipſum.i.quem ſciebam & ſapiẽtiſſimum & innocentem. ¶ In tuis amicis & propinquis:qui defenſionem tuã fortiſſime ſuſciperent. ¶ Multaq3.ſubaudi & quod multa. ¶ Veniebant in mentem:cogitabantur a me. ¶ Quãobrẽ.i.pp quæ multa.nam quãobrem quum ponitur cauſatiue tam plurali reſpondet q̃ ſingulari. Singulari ſic. Vnum eſt quãobrem omnes te amãdum putent.i. ppter quod unum:plurali ſic. Quattuor ſunt quamobrem imperator maxime laudetur.i.propter quæ quattuor.

PLurimū ualuiſſe apud me tuam ſemper auctoritatem:cum in omni re:tum in hoc maxime negocio potes exiſtimare. Cum mihi conſul Marcellus frater amantiſſimus mei non ſolum conſilium daret:ſed precib⁹ quoq; me obſecraret nō pri⁹ mihi pſuadere potuit:q̄ tuis effectū ē lr̄is:ut uterer ur̄o potiſſimū cōſilio.Res quēadmodū ſit acta:nr̄æ litteræ mihi declarāt gratulatio tua & ſi eſt mihi probatiſſima:quod ab optimo ſit animo : tamen hoc mihi multo iucundius eſt & gratius : quod in ſumma paucitate amicorū propinquorum ac ne

PHI.

cEt ſi nihil.Marcellū iā mutaſſe ſniam ci. cognoſcebat.& eſſe iā pſuaſuz romam uenire: quapp his cū hortat̄ q̄ primū ueniat:quū adhuc Ci.aliq̄tulū uereret ne eū delectaret tarda:deceſſio. Poſtremo cū rogat quo tp̄e ipſum expectent det operā litteris ſuis intelligat.¶Vel te potius. ¶Teipſum:cū pōdere ſuo ꝓnomē. ¶Expectat⁹ deſideratus ut expectate uenis ait Marro. ¶Oibus uel ipſis q tibi nulla amicitia iuncti ſunt.¶Subuereri aliq̄tulū timere.Sub.n.compoſitiue qd clanculum, aut diminutiuū ſignificat Vir.Olim ſubridens.& ci.pudor pene ſubruſticus alias ſub iterdū ꝓ ī ponit̄.Vir.Ipſe ſub ingēti luſtrat dū ſingula tēplo.Aliqn̄ an̄ uel p uel circa Vir.ſub noctem cura recurſat.& poſteſq; ſub ipſos nituni gradibus . & in Geor. Sub lucē exportant calathis.hoc ē ante lucē. ¶Nec te delectet.alterā exigit cōſtructionē delecto alterā oblecto aliam delector. Sic.n. his utimur.Delectarūt me mirū imodū litteræ tuæ.& oblecto me arte dicēdi.& oblecto me litteris tuis.& ego plurimum te ipſe delector.

Subuereri

Delecto
Oblecto
delector
Ignoſcere
Indulgere

¶Tarda corporis eſt.alias animi & intellectus.ut hui tardus es.¶Ignoſcerem.ueniam darem parcerem. Caue dicas indulgere pro ignoſcere.nam maximā habent inter ſe diſtantiam cum indulgere ſit dare operam alicui rei peragendæ. ¶Incumbere uigilare ſtudere uel in primis concedere rē aliquam rem mollem & effœminatam.& quandam quaſi clæmentiam monſtrare.q̄ parentes in liberos ſuos plurimum errare uidentur nimiū illis indulgentes & delicate tribuentes. & eandem dicit rationem q̄ ſuperius dixit de uiſu & auditu. ¶Quoſdam.ut Cæ.& ſuos.¶Suſpicarer opinarer. & itel lige iterum cum.¶Valere.ſupple cum ſuſpicarer & exiſtimarē.¶In oēs ptes.in oia ad te ptinentia. ¶Admonendū ad hortādū.¶Reliqua q̄ forte ſcribēda erant.¶Pro tua pru.ſecundū tuā prudentiā.¶Nā pro loco.in an̄ & ſecūdū aptiſſime collocamus.ut pro templo,an̄ templū,pro curia ante curiam . Saluſtius Quod ni maturaſſet pro curia ſignum ſociis dare.¶Pro uiribus.ſecundum uires. Virg. Summis incurrant uiribus arcus pro ſe quiſq; uiri.pro roſtris pro tribūali in roſtris fungitur interdum interiectionis officio cum ut pro Iuppiter proh deum atque hominum fidem.¶Conſiderabis conſideramus futura.cogitamus pn̄tia.ſed iſta confunduntur.

Pro uiribus

pLurimū.Multis epi.& his quas ſupra uidimus.& aliis q̄ nō repiunt̄ ci.hortat⁹ fuerat Mar.ut in patriam reuerteret̄ neq; liberalitatē cæ.aſpernaret̄.Deinde gratulatus ēt ei fuerat.ꝙ ſenatus un uerſus.& bōi uiri uno cōſenſu ſupplicaſſent Cæ.ꝓ reſtōne eius.Itaq; rn̄dens Mar.dicit ſe & ſp & hoc potiſſimū tp̄e tanti feciſſe auctoritatem Ci.ꝙ citius eſt flexus.& pſuaſus eius litteris.ut mutaret ꝓpoſitū.& Ro.ueniret quā & conſiliis & p̄cibus.C.M.fratris.q aſſidue obſecrabat eū.ut nollet ppetuo abeſſe.ſed uteret̄ cōſilio amicorū ſuadentiū ut rediret. Deinde oſtendit ſe hūiſſe gratam gratulationem Ci.qa ex aio factā intelligebat.gratius tn̄ ſibi fuiſſe.ꝙ inter paucos amicos q ei fauerent cognouit ci.ſibi amiciſſimū.ob quā cām oſtendit ſe potius redire ro.ut poſſit eſſe cum ci.& cæteris talibus amicis q̄ pp aliquid aliud.¶Plu.ua.habuiſſe maximum pondus.& multum potuiſſe.

VBER.

pLurimā ualuiſſe.Quantā uim quem ēt effectū hūerint apud Marcellum ci.epi.his marcelli litteris facile cognoſci pōt.eius cōſilio pſuaſus romā ſe uēturū pollicet̄.& ibi malle uiuere . ubi clariſſimorū uirorum conſuetudine uti poſſet.& maxīe ci,quē ſibi amiciſſimū eē cognouerat.& ꝙ nec marcell⁹ frater.nec multi alii ex amicis illi pſuadere potuerāt.pſuaſerat ci.oñdit ēt q̄ ſibi grata fuerit gratulatō ipſi⁹ ꝙ.S.P.Q.R.Cæ.ſuſpicatū acceſſerat ut marcellus reſtitueretur in patriam.¶Valuiſſe habuiſſe pondus uel potuiſſe habet hoc uerbum in oratiōe multum uenuſtatis uel in primis ſi cum ablatiuo iungamus huius modo.M.Ciceronem plurimum eloquentia ualuiſſe nemo eſt qui neſciat.Sine ablatiuo ſic ualet.id q̄dem apud me multum ſicuti debet hoīum amiciſſimorum diligens cōmēdatio.Exigit ēt poſt ſe accuſatiuū.ſed qn̄ refert̄ ad p̄ciū in his utimur genitiuo tanti & q̄ti in reliqs actio ut q̄ti uidelicet & tanti uidelicet annona aureos.xx.ualet annona.¶Auctoritatē dignitatē & exiſtimationē tuā.¶Quū.i.&.¶In oī re. ſubaudi alia.¶Tū maxime.i.& p̄cipue.¶In hoc negocio.in hac cauſa mei reditus.¶Amantiſſimus mei.qui me ualde amat. VBER.¶Obſecraret p̄cib⁹.adiuuaret etiā præcādo.qđ plus ē q̄ dare cōſiliū.¶Perſuadere.i.aīum iducere.¶Quam effectū.quē eſt pſuaſum.¶Vterer ueſtro cōſilio facerē ſicut uos cōſulebatis mihi.¶Potiſſimū p̄cipue potius q̄ cōſilio aliorū qui fortaſſe cōſulebāt ei:ut abeſſet.¶Res acta.i.impetrata reſtitutio mea.qa Cic.ad eū ſcripſerat.ſicut ēt ſupra ad Seruiū ſulpitiū.Gratulatio.quod Cæſa.oñderit non me parui facere:& ꝙ ſenatus pro me ſupplicauerit.¶Optimo

PHI.
Valere

VBER.
Perſuadere

Neceſſarii

aīo.i.cum beniuolentia ſine ſimulatione.¶In ſumma paucitate.i.in ualde paucis amicis. Erant autem pauci reſpectu eorum qui debuerant ei fauere.neq3 tñ fauebant.¶Neceſſariorum:neceſſarii auctore Feſto dicuntur cognati aut affines:in quos neceſſaria officia conferuntur.¶Cupidiſſimum:amantiſſimum.¶Præſtitiſſe:oſtendiſſe.¶Singularem:pcipuam plusq̃ omnes alii.¶Reliq̃:cætera pter te & alios paucos:qui mihi fauerunt:reliqua igitur.i.fortunæ meæ & dignitates & ſimilia.¶Eiuſmodi.i.talia & talis conditionis.¶Quibus.ſ.reliquis.¶Carebā æquo aio.i.carebam ſine ſollicitudine:ſine dolore.¶Tpa:conditiones temporū.¶Hæc.i.talia ita miſera & mala.¶Hoc:hāc rē.ſ.q̃ ſequitur. ¶Statuo:iudico:eſt aūt ordo:hoc ſtatuo eſſe eiuſmodi ut quisq̃ neq3 in ſecūda fortuna poſſit uiuere ſine beniuolētia taliū uirorū & amicorꝝ.ſ.qualis tu es.¶Gratulor mihi:gaudeo mihi.¶In hoc:in hac re q̄ talē hēa3 amicū. ¶Præſtabo:oſtendam.¶Re:effectu:nō uerbis.¶Officium beneficium.

PHI.

PHI. ¶Hoc negocio:mei reditus.¶Conſiliū:quo intelligerē redeundū eē mihi romam. ¶Sed pcibus: ut hoc te unius ſollicitudinis uni⁹ ēt multæ lachrymæ.R.Marcelli fratris optimi depcant.¶Obſecrare pcibus : maiorem ui hēt q̃ dare cōſiliū.¶Potiſſimū: nolim dicas potiſſime:id.n. nunq̃ legi niſi apud priſcianū q dicit.a poti⁹ naſci potiſſime.¶Res acta:reſtō mea īpetrata:ut a Ciceronis epla acceperat.¶Gratulatō:qđ p eo ſupplicauerat Senatus:q ei pepercerat cæſar : ac eēt Romā rediturus.¶Optimo aīo:nō ſimulata mēte.¶Paucitate amicorū:pauci.n.erāt quum multi eſſe debuiſſent:q ei fauerent pp pītatiā eius.¶Cupidiſſimum:amātiſſimum.¶Præſtitiſſe:demōſtraſſe.numeroſe ſignificationis uerbū.Nā eſt dare:cōcedere:exhibere:cū quibus accuſatiuū iungimus: ut ſi meam fidē pſtiteris:qđ cōfido te eſſe facturū:interdū antecellere.& tūc ultra datiuū ablatiuū damus.ut Cice.cæteris omnibus pſtabat ingenio & doctrina.Aliquando melius eſſet.Vir.Sed motos pſtat componere fluctus. Qui quod pſtare iureconſulti uolūt eſſe cauere ne quid dāni fiat alicui.Cicero de officiis.Emptorem indemnem damno pſtari oportere.¶Reliqua:rem fortunæ q̃ dignitatis.& huiuſmodi.¶Acquo animo:ſine moleſtia multis id modis dicere poſſumus:moderate facile:modice:modeſte:fortiter:quod quaſi uulgo dicitur patienter.Et a contrario ſenſu hoc modo.Iniquo animo ægre:grauiter:moleſte:peracerbe:immodice.¶Tempora:nouitates.¶Hæc.tam miſera hoc quod ſequit: & eſt ordo:hoc ſtatuo eſſe eiuſmodi eius conditionis ſtatus.¶Talium uirorum:qualis tu es.¶Gratulor: gaudio amicio.¶Hæc mala.¶In ho..q talem amicum habeam.¶Re effectu.Cicero in paradoxis.Cum te ac factis longe aliter iudicaſſent.¶Præſtabo:efficiam.demonſtrabo.

præſtare

Acquo animo

ceſſariorū:qui uere meæ ſaluti fauerent te cupidiſſimum mei : ſingularemque mihi beniuolentiam præſtitiſſe cognoui. Reliqua ſunt eiuſmodi: quibus ego quoniam hæc erant tēpora:facile & æquo animo carebam:hoc mihi uero eiuſmodi eſſe ſtatuo:ut ſine talium uirorum & amicorum beniuolentia neq; in aduerſa neq; in ſecunda fortūa quiſq̃ uiuere poſſit. Itaq; in hoc ego mihi gratulor :tu uero ut intelligas homini amiciſſimo te tribuiſſe officium: re tibi preſtabo. Vale. Seruius Sul. C.S.D.

Etſi ſcio non iucundiſſimum me nuncium uobis allaturum:tamen quoniā caſus & natura i hōis dominatᷣ uiſū ē faciēdū q̄uo res ſe hēt: uos certiores facere. Ad.x.calen.Iunii:quū ad Epidauro

VBER.

Etſi.M.Marcellus multis litteris cice.pſuaſus eādē decreuerat Ro.ueni e:quū Cæ. liberaliter ei cōceſſiſſet ut id facere poſſet:uerū anteq̃ diſceſſiſſet ex græcia:quum non longe ab athenis eſſet a.P.Magio Chilone ei⁹ iamiliare pugione interemptus eſt.Itaq3 quum Seruius qui pērat Achaiæ:intelligeret quantum Cice. dilexiſſet Marce.hac epiſtola nunciat ei grauiſſimum caſum mortis ipſius Mar.& ſimul oſtendit quanta cura & officio primū curauerit ei ſubueniri adductis medicis.Deinde poſtq̃ eſt mortuus ut honorifice ſepeliretur.¶Et ſi:principium eſt accommodatum rebus triſtibus nunciandis.¶Non iucundiſſimum:a contrario:ideſt triſtiſſimum & plenum doloris.

Etſi

PHI.

Etſi ſcio.Vide quemadmodum omnibus telis fortunæ ppoſita ſit uita noſtra.Inimicus.n.marcello pepercerat inuentus eſt amicus.P.magis chilo qui eum occideret.Nunciat igiť ciceroni.Sulpitius.q tunc in Achaia magiſtratum gerebat non ſine magno dolore Marcellum Ciceronis amicum occiſum eſſe.Mortis etiam genus oſtendit & officia q̃ in eū ita affectū cōtulit.Poſtremo q̄bus eū ſepulture & exequiarum honoribus honeſtauerit.¶Nūciū nūci⁹ maſculio gňe & nūciatū & eū q rē nūciat ſignificat.¶Vir.i.æne.& nūci⁹ ibis pellide gēitori.idē i ſexto. Infoelix dido uerus mihi nuncius ergo uenerat.In neutro uero genere rē nūciatā tantū ſignificat.¶Caſus.euentus p accedens.q ut oňdit Ariſt.li.ii.phyſi.ca.viii.ſic differt a fortuna.quia caſus habet eſſe tam in agentibus per intellectum q̃ in nō agētibus per intellectum.& in pluribus eſt q̃ fortuna.ut ſi lapis cadens de tecto frangat caput tranſeuntis. & ſi quiſpiam ab aliquo interficiatur.a quo pp familiaritatem nullum periculum timeret.ſicut.M.Mar.a Chilone. Fortuna uero hēt eſſe in agentibus per intellectum tantum.ut ſi fodiens ſepulchrum inueniat theſauros.¶Et natura dominatur. quia a iure nature omnia orta occidunt.ut inqt Salu. ¶Dominatur imperat.quia & caſui & nature ſubiecti ſumus.In bonis dominor iungitur cum ablatiuo cum ppoſitione.ut hic.& apud Virgi.æneı.ſecundo. Incenſa Danai dominantur in urbe.iungitur datiuo.Virg.Et uictis dominabitur argis.Iungitur etiam accuſatiuo cum ppoſitione in Oui.i.meta. Et q dominari in cætera poſſet.Natus homo & Ci.in Catone maiore.Felix ſenectus ſi uſque ad ultimum ſpiritum dominatur in ſuos.Viſum eſt faciendum facere modus eſt dicendi quo frequenter etiam Cice. utitur:uiſum eſt faciendum ut te admonerem.pro putaui te admonendum. ¶Ad decimum. incipit narrare. ¶Epidauro.epidaurus ut ſcribit ſolinus. urbs eſt achaiæ Aeſculapii ſacello celebris.cui cubantes egritudinem remedia capeſſunt monitis ſomniorum.Inde Aeſculapius epidaurus dicitur. Ouidius in primo de ponto.Afferat ipſe licet ſacras epidaurus herbas. Sanabit nulla uulnera cordis ope.Epidaurus autem urbs in epiro eſt Dyrrachium appellata. ¶Piræus.portus athenienſium. ut oſtēdit

Nuncius Nunciuʒ Caſus Fortuna Dñari

Aeſculapius

Strabo li.ix.cui urbis coniungebat muro protracto ex oppido in modum duorum crurum.¶Non nunc ſed antea:ſuū
ſimul geſſimus conſulatum.¶Ibi:in piræo.¶Poſtero die.ſequenti die.¶Digreſſus eſſem.Vir. Hos ego digrediens la
chrymis affabar obortis.Iuue.Quātis digreſſu ueteris confuſus amici.¶Eo conſilio ea mente:ea deliberatione.
¶In boetiam:quæ eſt finitima atticæ. dicta eſt autem boetia a boue a Cadmo inuenta cuius augurio urbem condi- Boetia
dit.Vnde Oui.Mœnia fac condas:boetiaque illa uocato.Diodorus tamen li.v.dicit appellatam fuiſſe a boetio:quem
Neptunus genuit ex Arne filia æoli.

Piræum naui aduect⁹ eſſem:ibi marcellum collegam noſtrum conueni:eumque ibi diem conſumpſi: ut cum eo eſſem poſtero die quum ab eo digreſſus eſſem eo conſilio:ut ab athenis ſupra maias in boetiam irem:reliquāq; iuriſditionem abſoluerē:ille uti aiebat ſupra maias Italiam uerſus nauigaturus erat. Poſtridie diei eius cum ab Athenis proficiſci in animo haberem:circiter horam decimā noctis Poſthūius familiaris meus ad me uenit: &

PHI. ¶Non iucundiſſimum:a contrario ſen PHI.
ſu mœſtiſſimum & attentum facit.¶Caſus &
natura.Tribus enim humana uita ut inquit
honoratus continetur.Natura cui ultra centū
&.xx.ſolſtitiales annos conceſſum non eſt: fa
to cui nonaginta anni hoc eſt Saturni tres cur
ſus exitum creant:niſi forte aliarum ſtellarum
benignitas tertium eius ſuperet curſum:fortu
na hoc eſt caſu:q ad oia pertinet q̄ extrinſecus
ſunt:ut ad ruinam incendia naufragiū cædes:
uerū caſus differt a fortuna:ut Ariſtotelis uer
ba demonſtrant ſecundo phyſicorum li.tam
enim in agentibus per intellectum uim habet
caſus q̄ in non agentibus per intellectum & i
plures res cadit q̄ fortuna:ut decedēs a tecto
tegula p̄tereuntem occidit:& Chilo a quo nihil mali ſuſpicatur.Marcellus eū occidit:fortuna uero dumtaxat uim ha
bet in agentibus per intellectum.ut aranti agricolæ argenti lamia ſe offert:& bene caſum & naturam dixit in bonis do
minari:oia enim inter iſta claudenda ſunt adeo qđ oia:aut ſecundam naturam fiant:neceſſe ſit: ut nunc uiolentiam &
inopinatam mortem Marcelli caſu contigiſſe putemus.Verum ut ait Gellius quum apud Ci.legiſſet primo philippica
rum:ut ſi quid mihi humanitus accidiſſet.Multa aūt impendere uidentur p̄ter naturam & p̄ter factum.¶Conſideran
dum eqdem puto:atq; id mxime requirendum qua rōne dixerit:accidere multa humanitus poſſe p̄ter fatum.Cū ſit
rō & ordo & inſeparabilis quedam neceſſitas fati.Item Virg.æne.iiii.de Phœniſſa.Nā quia nec fato merita nec mor
te peribat.tanq̄ in faciendi finem uitæ q̄ uiolenta ſunt non uideantur e fato euenire. Sed in hoc quid ſentimus in libro
Tuſ.explicauimus.Sed poſſet quis querere:qđ ſi natura q̄ triptito conſideratur in hoie:ai corporis:& extrinſecus inqt
Ci.naturam ipſam diffinire difficile eſt.Sed q̄ rō ſit cur naturæ diffinitio difficilis ſit Victorinus docet hoc modo.Apud
ſapientes contentio eſt Quid prius ſit deus:an natura.Si natura prior eſt:ergo deus natus eſt:atqui deum naſci non po
nunt.Rurſus ſi deus prior eſt nata eſt natura.Quod ſi naſci potuit:natura incipit non eſſe natura. Idque nature diffici
lis eſt diffinitio.ſed quum dixerit eſſe difficile:non tamen negauit diffinire non poſſe.Itaque quidam philoſophi ſic dif
finiendam putauerunt.Natura eſt ignis artifex quadam uia uadens in res ſenſibiles procreandas.Plato autem ſic diffi
niuit. hoc natura eſt dei uoluntas.¶Viſum eſt faciendum uos facere certiores: hoc eſt putaui ut Epidaurus
uobis ſignificarem:dicendi modus hmōi eſt apud doctos uiros.¶Iunias.Narratio eſt & animaduerte qđ plus deco-
ris habebit oratio ſi pro menſium genitiuus poſſeſſiua corūdem menſium ponemus.ut ſi calendas iunias dicemus non
Iunii Auguſtas non auguſti.¶Epidauro:in achaia:ut ait Plynius:eſt ciuitas: de qua etiam Strabo ſic ait Epidaurus
autem antea Epitaurus uocabatur:ea cares Ariſtotele teſte occupauerunt.& non alibi parum inſignis eſt ciuitas p̄ſer
tim ex Aeſculapii claritate nobilitateque:quem uaria morborum genera curaſſe ſomniati ſunt homines.erat uero tem
plum ægrotantium multitudinem uſquequaque refertum pendentibuſque tabellis:in quibus ſanati languores erant in
ſcripti.Sita quidem urbs eſt in ipſo Saronici ſinus receſſu intimo.epidaurus non urbs eſt epiri q̄ & Dirrachium dicunt.
¶Collegam:fuit enim eius collega olim in conſulatu.At tunc non erat.¶Ab athenis in boetiam irem.Nulla te regu-
la grammaticorum impediat: quin nominibus locorum propriis addas p̄poſitionem uel non addas quocunque ſpe-
ctantibus:indifferenter enim omnes docti uiri ſunt uſi.ut ab athenis & athenis uenio ad romam:& Romam uado.Sic
ſulpitius quum ab ægina Megaram uerſus nauigarem:his exemplis plenus eſt Liuius. Athenæ uero ut inquit Stra-
bo a poſſidone ſiue neptuno.& athena.ideſt minerua appellatione deorum ſortitæ ſunt. Regio in qua ſit attica nomi- Athenæ
natur.de qua cecrops primum multitudinem in ciuitates.xii. habitandas digeſſit. Theſeus uero poſtea.xii.illas in
hanc unam congregaſſe ciuitatem memoratur Boetiæ coniuncta eſt attica a qua illam montanæ atticæ plagam diſ Boetia
iungit a boue appellata.q̄ ibi cadmus agenoris filius reperiens uiolauit.Diodorus uero ſiculus a boæte neptuni filio.
ex arne æoli filia dixit appellatam eſſe boætiam.¶Abſoluerem perficerem.Reliquam iuriſditionem.ideſt reliquum qꝛ
reſtat de adminiſtratione etiam in boetia.nam Seruius habebat iuriſditionem non ſolum in achaia.ſed etiam in regio
nibus finitimis.¶Supra maias.alii intelligunt ſupra maias.ut ſubaudiamus dies.ſed dies in plurali conſtat maſculini
tantum eſſe generis.non autem fœminini. præterea non eſt mos doctorum ponere adiectiuum ſine ſubſtantiuo ego
huic ſententiæ minime aſſentior.Alii dicunt eſſe locum qꝛ & ſi adhuc apud neminem idoneum me legere memini.tamē
magis probo.

VBER.¶Poſtridie diei eius.ut ſupra notauim⁹ alio loco diei.abiectio eſt ut ubiq; locoꝝ.nā & poſtridie & ubiq; per VBER.
ſe plana ſunt.¶Proficiſci.diſcedere.¶Circiter.pro iuxta ponit.qñ περι ſignificat.ad tp̄s tñ ſolet pertinere. & ut circi Poſtridie
ter calendas.interdū ad locū.ut Caſſius Emina.lapidē fuiſſe quadratū circiter in media arce iunctū calendis frequētius Vbique
tū numeꝝ.ut Papia diſtat Mediolano circiter uiginti milia.Circiter ergo pro circa.¶Decimā ho.quia nona hora cœ- Circiter
nabat.Marti. Incipit extructos frangere nona toros.Iuue.carpit Mariū priſcum qꝛ ante nonam horā cœnaret Exul ab Chilões
octaua marius bibit.dies autem incipiebat apud romanos a media nocte ut digeſtis de feriis lege more Ro.¶Chilo

ne:cognomentum labris: nam ut inquit Seruius in arte Cilones ſine aſpiratione dicuntur:quorum capita longa & compreſſa ſunt Chilones autem cum aſpiratione ex græco a labris improbioribus : quæ illi uocant χειλη unde & piſces improbius labrati Chilones dicuntur.¶Pugione:pugio genus eſt teli:a pugno dictus:quo facile apprehenditur.¶Secundum.i.iuxta.Virg. li.iiii.georgi.Paſcuntur uero ſiluas & plena ſecundum flumina . ¶Sperare tamen ſubaudi dixit: uel nunciauit ſe ſperare.i.ſpē habere.¶Eum Marcellum.¶Seipſum:propria manu. ¶Se miſſum:ſubaudi dixit.C.poſthumus.¶Cogerem.in unum colligerē. congregarem.Vir.in buc.Tityre coge pecus. ¶Eueſtigio.ſtatim.¶Prima luce:prima parte lucis:hoc eſt circa ipſam lucē.

Pugio
Secūdū
Cogere
Eueſti gio
Codicilli

mihi nunciauit .M. Marcellum collegam noſtrum poſt cœnæ tempus a.P.Magio Chilone familiari eius pugione percuſſum eſſe:& duo uulnera accepiſſe: unum in ſtomacho alterum in capite ſecundum aurem:ſperare tamē eum uiuere poſſe.Magium ſeipſum interfeciſſe:poſtea ſe a Marcello ad me miſſum eſſe qui hæc nūciaret: & rogaret ut medicos cogerem:coegi:& eueſtigio eo ſum profectus prima luce:quum non longe a Piræo abeſſem puer Acydini obuiam mihi uenit cum codicillis:in quibus erat ſcriptum : pauloante lucem . Marcellum diem ſuum obiiſſe.Ita uir clariſſimus ab homine deterrimo acerbiſſima morte eſt affectus:& cui inimici propter dignitatē pepcerāt:inuētus ē amic⁹ q ei mortē afferret. Ego tamē ad tabernaculū eius perrexi :inueni duos libertos & pauculos ſeruos : reliquos aiebant profugiſſe metu perterritos:quod dominus eorū ante tabernaculum īterfectus eēt. Coact⁹ ſū ī eadē illa lectica : qua ipe delatus erā me

elegantér.n.dicitur prima nocte : uel multa nocte:& prima luce & multa luce uel ad multam noctem:& ad multam lucē ueni ad te.¶Puer ſeruius.¶Acydini:nomen proprium . ¶Codicillis:tabellis:litteris:codex.n.diminutiuum facit codicillus.¶Paulo ante lucem: paulo ante diem.quum ego prima luce ad eū irem.¶Ita q.d.ita crudeliter & miſerabiliter:eſt.n.miſerantis.¶Vir clariſſi.M.Marcellus.

PHI.
Iuriſdi ctio

PHI.¶Iuriſdictionem adminiſtrationem:hāc n.non modo in achaia ſed in regionibus uicinis habebat.Seruius ſupræma æſtate Italiam uerſus nauigaturus erat hoc eſt in fine æſtatis: & circa principium autūni:quattuor.n.anni tēpora tripliciter diuiduntur in nouum adultum: & præceps ſiue ſupremum:& nouam æſtatem dicimus initium æſtatis adultam æſtatem æſtatis medium appellamus:& ſupremam ſiue præcipitem æſtatem nuncupamus finem æſtatis:& ſic de ſingulis temporibus ut uer.nouum adultum & præceps.¶Poſtridie: poſtera die cras. errāt q poſtridie dīt poſt tres dies. adiunxit ēt Sulpitius diei eius :& ſic ē legendum poſtridie diei eius:nec maioris aut alterius ſignificatiōis eſt q̄ poſtridie:ut cum dicimus ubique gentiū ubique locorum non aliud ſignificamus quam ubique.¶Decimam horam:hora noua dabatur cœnæ:hinc ait Valerius Martia.Incipit extructos frangere nona toros.hic Marius priſcus apud Iuu.datur uitio ꝙ ante horam nonam cœnaret:ut exul ab octaua Marius bibit.¶Chilone.P.Magius cognomine chilo a labris groſſioribus appellatus eſt: qui marcellum occidit. n.apud græcos labrum ſignificat.hinc aſpiratur prima:ſed cum.c.tenui Cilo illum ſignificat qui oblongum & compreſſum caput habet.ut genuenſes habere conſpicimus.¶Circiter:ad numerum in primis refertur poteſt & ad tempus & ad locum referri.Tu ne dicas tantummodo temporis eſſe Priſciani errore ductus . Hoc autem loco & ad tempus:& ad numerum pertinet.¶Pugione percuſſum.genus eſt gladii . Nec dicas : cum pugione percuſſum.Nam quando ſignificat inſtrumentum non apponitur cum:non enim latine diceremus Scribo cum calamo. Vulnero te cum gladio.¶Sed ſcribo calamo.Vulnero te gladio:& hmōi.¶Stomachor:addo notam aſpirationis in fi. ¶Stomachus etiam pro ira & odio ſæpe ponitur.Cice.in Tuſcu. intelliges ea ſtomacho non agere.Hora.manuū.ſtomachūq; tene to:unde ſtomachari eſt pro indignar.:& ira commoueri.Cic.Tuſcu.iiii.An uero uir fortis niſi ſtomachari cœpit:non poteſt fortis eſſe.Inde etiam ſtomachoſus indignatione & ira accenſus . Hora.epiſtolarum primo.Leua ſtomachoſus gabena dicet eques.¶Secundum:& frequentiſſime poſitum pro poſt:apud Liuium.Sic Quintilianus Nam qd unum mihi ſecundum patrem fortuna uidebatur paraſſe præſidium.Id ego ſeparare in illa ſorte non poteram.alias pro iuxta ponitur ut nunc.& Maro.Dulcibus illa quidem illecebris: & plena ſecundum flumina . Aliquando ſignificat pro ut ſecundum te ad Cæſarem ſcripſi.hoc eſt pro uoluntate & ſententia tua.In aliis uero ſignificationibus notum eſt.¶Cogerem:in unum colligerem.ut Virgilius Tityre coge pecus . Cicero Tuſculanarum primo:Cælum hoc in quo nubes imbreſque coguntur.alias ſignificat urgere & non ſtringere.Terentius:Iubeo:cogo:atque impero.¶Cum codicillis: litteris.Prima poſitio eſt codex.Inde codiculus:ex quo naſcitur codicillus:quo in numero ſingulari non utimur licet Iuſtinianus ſit uſus.¶Affectus eſt morte.interfectus eſt.¶Inimici.Cæſariani.¶Pepercerant.dederant uitam.licet fuiſſet eis aduerſarius.¶Dignitatem.nobilitatem & familiæ.& probitatis.¶Amicus,quia ut ſupra dixit.erat eius familiaris & putabatur amicus.¶Tamen.licet ante aduentum meum audiuiſſem eum mortuum.¶Ad tabernaculum.ad hoſpitium eius.ad locum ubi habitabat.nam ut inquit iuriſconſultus digeſtis de uerborum ſignificatione.Tabernæ appellatio declarat omne utile ad habitandum ædificium.dicta ex eo quod taberna tabulis claudebatur.inde tabernacula & contubernales dicti neq; eſt diminutiuum tabernaculum ſicut nec cœnaculum . ¶Perrexi.iui.a uerbo pergo.¶Reliquos.qui cum eo eſſe ſolebant.¶Perterritos.timentes ne & ipſi interficerentur.

Poſtridie
Chilo
Circiter
Pugio
Stomachus
Stomachari
Stomachoſus
Secundū
Cogere
Codicillus
Taberna
Tabernacula
Cōtubernales
VBER.

VBER.¶Coactus ſū.nō ab aliquo ſed a me ipſo.& eſt dicēdi modus ꝓ eo qd dicit.fuit mihi neceſſe.¶Illa lectica. & qa nō habebā aliā q̄ poſſet deferri.Erat aūt lectica cathedra & ſedes quædam.qua ferebant diuites & potētes.di

iſque lecticariis in urbem eum referre: ibiq; pro ea copia: quam Athenis erat: funus eius ſatis amplum faciendum curaui: ab Athenienſibus locum ſepulturæ intra urbem ut darent impetrare non potui: quod religione ſe impediri dicerent: neque tamen id antea cuiquam conceſſerant: qđ proximum fuit uti in quo uellemus gymnaſio eum ſepeliremꝰ nobis pmiſerūt: nos i nobiliſſimo orbis terrarum gymnaſio Achademiæ locū delegimꝰ ibiq; eū cōbuſſimus. Poſteaq; curauimus: ut iidē Athenienſes i eodē loco monumentum ei marmoreum faciēdū locarēt. Itaq; nr̄a

cta quod puluinari & lectulo eſſet ſtrata: græce dicitur hexaphoron: quia ſex ſeruis ferretur. Iuue. Quuȝ iam ſexta ceruice feratur: Hinc atque inde parens ac nuda pene cathedra. Idem. Quum ueniat lectica Mathonis plena ipſo. Idem etiam ſignificat lecto fuiſſet ſtratam. Quum dicit. Qui dedit ergo tribus patruis aconita uehetur penſilibus plumis. i. lectica. Item alibi. Conducit comitem ſellam puluinar: & item. Namque facit ſomnum clauſa lectica feneſtra. ¶ Meis lectis. i. meis ſeruis: qui lecticam ipſam ferebant. ¶ Referre: reportare. ¶ In urbem: Athenas: unde ego ad eum ueneraꝫ. ¶ Pro ea copia: ſecundum eam copiam: quia non fuit tanta quanta fuiſſet romæ. ¶ Funus. pompam & honorem funeralem. ¶ Satis amplum. i. dignum & honorificum. ¶ Impetrare. optinere. ¶ Impediri. prohiberi. ¶ Religione. ſ. ſua. qua prohibebantur qui non fuiſſent ciues intra urbem ſuam ſepeliri. ¶ Neque tamen. ne uideretur hoc fuiſſe magis negatum Marcellum quā aliis. dicit quod antea nemini unq̄ id conceſſerant. ¶ Id. ut intra urbem ſepeliretur. ¶ Permiſerunt. conceſſerunt. ¶ Quod fuit proximum i. quod fuit primum poſt hoc ne ſepeliretur intra urbem. ¶ Vti. pro ut. ¶ Gymnaſio. gymnaſium dicebatur locus ubi paleſtritæ exercebantur nudi & oleo uncti. nam γυμνοσ græce nudum ſignificat. Dicitur tamen gymnaſium locus quilibet ubi aliquis exercetur: unde & gymnaſia litterarum dicuntur. erant autem athenis extra urbem multa gymnaſia philoſophorum ſecundum uarias eorum ſectas: inter quæ nobiliſſimum erat gymnaſium academiæ. ubi plato docuerat. quem locum dicit Seruius ſe elegiſſe ad ſepulturam Marcelli. quia in eius poteſtate fuerat eligere ex multis quod uellet. ¶ In quo uellemus. quia multa erant. ¶ Delegimus. elegimus. accepimus ex multis. deligere enim eſt ex multis eligere. ¶ Cui inimici: Ceſariani contrarium exornatio. Tabernaculum. diuerſorium a taberna fit tabernaculum. Eſt enim Taberna non modo ubi uinum uenundatur. uerum locus ad habitandum dum & ubi quæque res ad uendendum exponuntur. Iuuenalis. ne pudeat dominū monſtrare tabernæ. officina uero eqȝ ubi res fiunt quæ etiam poteſt eſſe taberna. ſi ibidem res ueneduntur Cicero ſed tamen ut ex eadem officina exiiſſe appareat.

Hexaphoron

Lecticarii

Funus

Gymnaſium

Deligere

Taberna

Tabernaculum

Officina

PHI. ¶ Coactus a me ipſo non ab aliis eſt quidam huiuſmodi dicendi modus. ¶ Seruos Mancipia a ſeruando non autem a ſeruiendo appellatos. Emebantur enim bello ſerui. ¶ Dominus ipſe Marcellus ſunt enim iſta correlatiua dominus & ſeruus ut libertus. & patronus. ſed eſt hoc tyrānicum & odioſum nomen. quod ſibi Domitianus attribuit. & non ſolum dominus ſed deus uoluit appellari. Tu principem dicito potius q̄ dominum. ſi quem hac appellatione dignum uidebis. Quantum. n. iſta diſcrepent demonſtrauit Ouidius ut domini nomen. principis ille tenet. Lectica hac nobiles romani & clari uiri plurimum utebantur & a numero Lecticariorum hexaphoron dixerāt. & huiuſmodi. de quo martialis. Quum tibi non eſſent ſex milia ceciliane. Ingenti latere uectus hexaphoro. & Iuuenalis. Qui ſexta ceruice feratur. Sed hunc Lecticarum uſum Cæſar ut inquit Tranquillus & conchiliatæ ueſtis & margaritarum niſi certis perſonis & ætatibus. perqȝ certos dies ademit. Et ideo Lectica eſt dicta quia lecto & puluinari ſternebatur. unde inquit. Qui dedit ergo tribus patruis accōita uehetur penſilibus plumis. & qui eam ferebant. Lecticarii dicebantur. ¶ In urbem. Athenas. ¶ Pro ea copia. q. d. non pro meritis & dignitate Marcelli. qui maiorem honorem merebatur ſed ſecundum copiā quæ athenis eſſe poterat minor q̄ romæ. ¶ Funus. exequias a funalibus appellatur ſiue ab eo quod magis placet quod apud græcos mortem ac cædem ſignificat. ¶ Satis amplum huiuſmodi ſtatus eſt hæc dictio ſat ut minuat potius q̄ augeat cum quo iungitur. plus. n. fuiſſet ſi dixiſſet amplum q̄ ſatis amplum. ¶ Intra urbem. quoniam mos non erat apud eos intra urbem quempiam ſepelire. neque tamen. ne uideretur hoc magis negatū fuiſſe marcello q̄ aliis. ¶ Id. ut intra urbem ſepeliretur. ¶ Proximum. ad honorem. ¶ Gymnaſio. tam corporis q̄ animi exercitationis locus. ſed maxime ubi palæſtræ ludus erat. qua qui certabant nudi & oleo puncti erant. unde nomen accepit. γυμνοσ nudum ſignificat. erant & philoſophi gymnoſophiſtæ appellati. de quibus Stra. ſic habet Oneſicritus miſſum ſe ſcribit cū ut ſophiſtis colloqueretur. quod cum Alexander audiuiſſet nudos eos incedere. & tolerantiam exercentes in honore maxime haberi. ad alios autem nec uocatos ire. ſed iubere ut alii ad ſe uenirent. ſi quid aſſequi uellent. quod ab eis ageretur & diceretur. & cum tales eſſet. nec decorum uideretur ut Alexander ad illos accederet ne etiam inuitos cogeret. ut quicq̄ facerent præter prima inſtituta. ¶ Academiæ athenarum dicta ex inſtituto. M. Tullii Ciceronis. qui academica illa ſua conſcripſit. Academia locus nemoroſus ab athenis mille paſſibus diſtans. dicta ab academo heroe. ſecundum Eupolidem gymnaſium Platonis celebratiſſimum Horatius in epiſtolis. atque inter ſiluas Academi quęrere uerum. fuit & uilla memoratu digna ab auerno lacu putelos tendentibus impoſito littori celebrata porticu & nemore. quam & uocabat. Mar. cicero. Academiam ab exemplo Athenarum ſibi compoſitis uoluminibus eiſdem nominibus. in qua & monumentum ſibi inſtaurauerat. Ceu uero non & in toto orbe terrarum feciſſet hæc & plura Plyni. de hac academia Cic. li. xxxi. ca. ii. ¶ Combuſſimus. cremauimus eius cadauer. ita. n. ſolebant facere antiqui & maxime romani. cum ægyptii odoribus condita cadauera diutius reſeruarent. de hac conſuetudine & eius cauſis uide Seruium in. i. æneí. ſuper eum locum animumqȝ ſepulchro condimus &c.

PHI.

Seruus

Lectica

Hexaphoron

Lecticarii

Funus

Gymnafium

Gymnoſophyſtæ

VBER. ¶ Monumentū. inſigne ſepulchrum. quod monumentū dicit a monēdo. q; moneat nos & memoriam faciat. Locarēt ſa. mercede faciendū. darent alicui huius rei perito. ¶ Omnia offi. ſ. mea. i. omnia q̄ a me debebantur Marcel.

VBER.

Monumentum

¶Pro col.ut decuit collegam.¶Pro propinquitate.i.ut decuit propinquum:qualis ei eram.nam Ser.erat propinquus Mar.fueratque eius collega in conſulatu.¶Pro.i.ſecundum.¶Et ui.quem ſemper amauimus & honorauimus.¶Et

Pro

mor.quia cum honorifice ſepeliendum curaui.¶Supra:ubi diximus ſupra maias:ut ex characteribus ueteris codicis cõieci:puto uiſſe ſcriptura ſupma æſtate.i.ultimo tpe æſtatis:qđ neq; auſim affirmare.qa nõ bene poterat legi textus neq; tñ improbo.uoluit tñ notaſſe:ut uideat docti:quid probent.

PHI.
Academia

PHI. ¶Academiæ:locum in agro athenienſi ab urbe ipſa athenarum diſtante mille paſſibus plurimum ſiluoſo:ut horati.inqt atq; inter ſiluas academi quærere:

officia fuerunt pro collegio & propinquitate & uiuo & mortuo omnia ei preſtitimus. Vale.

M.T.C.P.Figulo.S.D.

QVærenti mihi iamdiu quid ad te potiſſimum ſcriberem: non modo certa res ulla:ſed ne genꝰ quidem litterarꝫ uſitatum ueniebat i mentẽ. Vnam enim partem & cõſuetudinem earum epiſtolarũ quibus ſecundis rebus uti ſolebamus tempus eripuerat: perfeceratque fortuna:nequid tale ſcribere poſſim: aut omnino cogitare. Relinquebatur triſte quoddam & miſerum & his temporibus conſentaneum genus litterarum. Id quoq; deficiebat me in quo debeat eſſe.aut promiſſio auxilii alicuius:aut conſolatio doloris tui: quid pollicerer nõ erat ipſe enim pari fortuna abiectus aliorũ operis

uerum ueterẽ academiã Plato primus iſtituit: & ab academo eius pdii dño uoluit appellari ex quo illuſtris illa academicorꝫ ſecta multo poſt tpe ita floruit:ut oĩbus aliis anteferri uideret:acceſſit inde Archeſilaus:& mediocrem academiã fecit.Demũ eacydes nouã cõſtituẽdam curauit:erãt & multa athenis extra urbẽ gymnaſia uariis philoſophorꝫ ſectis inſtituta quorũ oĩum illuſtriſſimũ fuit academicorꝫ: de quo nũc agit.Fuit & altera academia in terra italia haud lõge puteolis ipoſita.ut inqt Ply. littori porticu & nemore celebrata:& ab exẽplo.¶Cõbuſſimus:inſtructa Pyra id uſq; ab Homeri tpibus factitatũ:ex quo legit primo iliados. monumẽtũ dicius munimẽ

Monumẽtum
Munimẽtum
Sepulchrum
Tumba
Tumulꝰ
Pyramis
Pro

tũ a mũiẽdo appellatũ qcqd uallo foſſa aggere murorꝫ:aut lignorꝫ ſtruc:& alia hmõi re cõtra hoſtiũ aduẽtũ mũitũ ẽ. Monumentũ uero p o & u ſcriptũ qcqd i mortuorꝫ memoriã factũ ẽ a monẽdo deductũ ꝙ pſentes moneat pteritarꝫ rerũ ut exẽpla ſtatuæ ſepulchrũ qđ & ſepultura.tumulus tũba Pyramis dici põt in quibus faciẽdis maximũ apud antiquos ſtudiũ fuit pſerti apud externas natõcs:mirãda qdẽ & icredibilia ſunt pfecto q de pyrãidibus pſerti mẽphiticis legunt:poſſem de mauſeoli ſepulchro:deq; multis aliis magna ipẽſa factis & multo labore ſtrũctis dicere:ſ; hæc q uolẽt:ſtrabonẽ legãt & Plyniũ.Mirabunt i Stra.ſepulchrũ meretrici ab amãtibꝰ fundatũ:q̃ Sappho doricã uocat:& fratris ſui caraxi amicã leges:& ibi miraculũ ꝙ Stra.mẽorat i Pyramidibꝰ ſe uidiſſe.qđ acerui qdã extritura lapidũ añ pyramides iacerẽt:i qbꝰ lapilli & forma & magnitudine lẽtis iueniebant: qdã ut ordei grana.¶Pro.ſcđ;.¶Collegio:ꝙ meꝰ collega fuerat i cõſulatu.¶Propinq.fuerat.n.Seruiꝰmar.cõſanguinitate cõiũcta

VBER.

Q Værẽti.P.figulꝰ Nidigiꝰ cũ doctria ſingulari:tũ uero auctoritate & dignitate maxĩa iter rõanos ciues ſecutus Põpeianas & reip.ptes.uicto Põ.& oppſſa patria ſua nõ ſpõte qdẽ:ſed ita uolẽte cæ.exulabat.abiretque a patria:angebaturq; uehemẽter nõ tã de fortũa ſua:q̃ de oppſſione reip.¶Quãobrẽ Cic. hac epiſtola cũ oĩt cõſolari adductis multis & pulcherrimis rõibꝰ polliceturq; ei oẽm operã & gratiã & auctoritatẽ ſuã apud cæ.& ceſarianos ut Figu.reſtituat i patriã:ꝙ dicit ſpare cito fore.¶Quærẽti:pricipia a pticipiis icipiẽtia grauitati & deliberatõi maxĩe cõueniũt:lõq; uel orationibꝰ artificioſis:uel lõgioribꝰ epiſtolis accõmodant.¶Iãdiu:iã multo tpe añ.& ita excuſat tarditatẽ & uarietatẽ ſuarꝫ litterarꝫ.¶Potiſſimũ.pcipue.¶Certa res.utputa de rebꝰ meis uel de ſtatu reip.uel đ cæteris hmõi.¶Sed ne genꝰ li.i.nulla materia ſcribẽdi.quũ multa ſint epĺarũ genera.ut epĺa.iii.ſecũdis li.oſtendimus.

PHI.

Q Værẽti.quo aĩo ferret Tullius cõem reip.calamitatẽ his potiſſimũ.q̃s ſcribit ad figulũ nigidiũ litteris facile cognoſci pt.Deplorat.n.miſerria tpa & libertatẽ oĩo dpditã.nullãq; de ea ſpe amplius ſupeſſe ide figula nõ tã ſua q̃ reip.ifœlicitate mœrẽtẽ cõſolat.ꝙ gratiã eẽt a cæ.initurus & i bõis ſuis dõi.& i urbe rõa uicturus.hortat q; hoĩe; optio ſit aĩo ad oĩa pferẽda.& optimã i cæ.ſpẽ hñdã.q ut clemẽtiſſimus aliis pepcerat.pcet & figulo q ſingulari uirtute ornatus.& maxĩe auctoritatis Põpeianas ptes ſecutus exilio uagabat iuitus.& i patriã reſtitui cupiebat.ad ꝙ ipetrãdũ operã ſuã Ci.pollicet.¶Quærẽti.eãdẽ ꝓpe modũ ſniam i hac epiſtola cõplexus q̃ in illa ad curionẽ epiſtolarũ genera.Quo aĩaduertẽdũ ẽ i oĩ oratione decidẽdarꝫ rerũ uarietatẽ afferre.hmõi uero orationũ initia a pticipiis habita.ut ẽ illud cogitãti mihi ſæpenumero grauitatẽ quãdã maiorẽ pſeferũt.& lõgiorẽ oĩo futurã orationẽ oñdũt.Quærere uero ad illud refert ꝙ pſto nõ ẽ.¶Diu.& iãdiu lõgi tpis ſignificationẽ oñdũt.& ſolet Cic.i hmõi ſermõe illa duo cõiũgere.Sæpe & multũ ꝓ iãdiu.ut ſæpe & multũ hoc mecũ cogitaui.& recte qdẽ hæc duo cõiũgunt.Quitiliãi ſnia. Nã ſi unũ tãtũmõ ponit.diutinã cogitationẽ ñ ſatis oñdis.¶Certa qđ hẽrẽ aliqd certi de re mea aut de ſtatu reip.aut certa deliberati ꝓpoſiti ut interea mediũ æneas iã claſſe tenebat certus iter.¶Vſitatũ.q.d.nulla ſcribendi materia ne uſita qdẽ ueniebat in mẽtẽ.¶Vnã.n.partem.ſ.iocoſam & familiarem.¶Et cõ.quia ſolebam ſcribere læta & iocunda.¶Tempus.conditio tẽporũ ut ſupra.neque.n.ciuem eſſe puto qui his temporibus ridere poſſit.¶Fortuna.infœlicitas q̃ nobis & reipu.accidit.¶Quid ta.i.aliqd tale.ſ.iocoſum & familiare.¶Aut omnino co.qa his temporibus cogitandũ eſt de fletu.nõ aũt de ioco & riſu.¶Relinquebat.reſtabat mihi.¶Triſte.mœſtũ.¶Miſerũ.ifœlix.¶Cõſentaneũ cõueniens.¶His tẽ.ita malis & miſeris.¶Id.ſ.genus triſte litterarũ.¶Deficiebat relinqbat me.deerat mihi.¶In.q.i.ĩ eo in quo.¶Promiſſio au.q̃ ſolẽus facere tpibus.¶Aut cõ.do.q̃ fit uel adductis rõnibus quibuſdam.uel auctoritate & ſnia doctorum uirorum.Quod.probatio primæ partis.Non.e.ſubaudi aliquid ꝙ polliceretur promitterem me facturum pro te.¶Ipſa.n.ratio quare non eſſet quid polliceretur.¶Pari.& ſimili & æquali tuæ.¶Abiectus proſtratus.

Quærere
Diu
Iamdiu

VBER. ¶ Suſtentabā:tuebar:ſubleuabā. ¶ Caſus me.infortunia mea. ¶ Opibus:auxiliis alioꝝ nō meis:ꝗ nihil poterā. ¶ Veniebat i me.q.i.ſæpius putabā eē ꝗrēdū. ¶ Quod ita ui.i.ꝙ eēm uiuus ī tantis malis & miſeriis. ¶ Quā ga.ꝙ ui.& eſt ſenſus ꝗuis qſqꝫ naturaliter gaudeat & ſe eē uiuū:tñ ſæpiꝰ putabā cōquerēdū:ꝙ tā m ſere uiuerē:ꝗ gaudēdū ꝙ eēm uiuꝰ ſicut clauſi i carcere magis ꝗrunt & dolēt ꝙ ita uiuāt ꝗ gaudeāt ꝙ uiuāt. ¶ Inſignis:ſingularis notabilis: magna & ad laudē & uituperiū refert. ¶ Priuati:ſepati.ꝑticulati i rebꝰ meis ſolis:qa fortuna ꝑcuſſit me in iactura publica:nō aūt in priuata qa nihil mihi ſoli accidit:ſed idē ꝙ oibus:ut rep:oppſſa libertate careremus. ¶ Pepulit.ꝑcuſſit.

caſus meos ſuſtentabam:ſepiuſqꝫ mihi ueniebat in mētem queri:quod ita uiuerem quam gauderem quod uiuerem. Quāquā.n. nulla me ipſum priuatim pepulit inſignis iniuria:nec mihi quicquam tali tempore in mētem uenit optare:ꝙ non ultro mihi cæſar detulerit:tamen nihilominus eis conficior curis:ut ipſum quod maneam: in uita peccare me exiſtimem. Careo.n.cum familiariſſimis multis:quos aut mors eripuit nobis : aut diſtraxit fuga:cum omnibus amicis : quorum beniuolentiam nobis conciliarat:per me quondam te ſocio defenſa reſp. Verſorque in eorum naufragiis : & bonorum direptionibus. Nec audio ſolum quod ipſum eſſet miſerrimum: ſed etiam uideo quo nihil eſt acerbius eorum fortunas diſſipari. Quibus non ſolum adiutoribus illud incendium extinximus & in qua urbe modo gratia auctoritate gloria floruimus:in ea nunciis quidem omnibus caremus obtinemus ipſius Cæſaris ſummā erga nos humanitatem:ſed ea plus nonpōt:quis & eſt mutatio rerū

¶ Optare:expetere. ¶ Quod.ſ.optandū a me. ¶ Vltro.ſ.ſpōte ſua:me nō petēte. ¶ Nihilominus:nō minus. ¶ Cōficior:torqueor cōſumor. ¶ Peccare:idipſum ꝙ maneā in uita.i.peccare ꝙ uiuā. ¶ Careo.n.rō.ꝗre reddat ipſum uitæ: & putet ſe peccare ꝙ hoc tpe uiuat : qa caret his amicis ſine qbus putat uitā nullo pacto eē appetēdā. ¶ Mors e.nā multa ī bellis ciuilibus iterierāt. ¶ Diſtraxit:diſſipauit:& ſepauit a me ſicut te & marcellum & alios multos. ¶ Fuga: exiliū. ¶ Quorū be.i.quorū amorē mihi cōꝑauerā ex defenſione reip.cū ēt tu eſſes ſocius & adiutor eiuſdē defenſionis: & ita oñdit fideliores eē tales amicos qbus amicis triſtiorē & magis ſollicitā eē uitā. ¶ Quondā:antea cū oppreſſi furorē catiline & eiꝰ cōiurationē. ¶ Verſorqꝫ:hoc dicit ñ ſolū eis amicis careo:ueꝝ ēt qđ eſt mihi grauius & moleſtius uideo quotidie eorū bōa diſſipari & diripi. ¶ Naufragiis calamitatibꝰ tractū ab his q in mari piclitant. ¶ Bonorū:fortunarū ut diuinarū eorū. ¶ Direptionibus:rapinis.nā diripere eſt diuerſe rapere:unde urbes dñr diripi cū i quadā uertuntur. Cice.in.i.offi. De diripendis aūt euertendiſqꝫ urbibus &c. ¶ Nec au.ab aliis. ¶ Quod ipſuꝫ audiri eorum bona diſſipari.

PHI. ¶ Vnā ptē iocoſam & familiarē. ¶ Tp̄s hoc infœlix & miſeꝝ:ut tibi ciuē me hercle nō puto eſſe tpibꝰ his q ridere poſſit. ¶ Eripuerat uim hēt hoc uerbū. ¶ Cogitare:quoniā nō de ioco & riſu:ſed'oino de lachrymis cogitandū ſit. ¶ Ne qd ta.iocoſum & familiare. ¶ Relinquebat reſtabat. ¶ Triſte ge.id aūt elegiacū poſſumus appellare:qđ in miſeriis uerſat̃. Aio mœſti ſumus:uultu uero triſtes. Et utroqꝫ miſeri. ¶ Deficiebat me:deerat mihi. ¶ Auxilii alí.ꝗ pollicerer auxiliū ut facere in rebus afflictis cōſueui. ¶ Ipſe.n.rō quare nō erat ꝙ polliceri poſſet. ¶ Abiectus ꝓſtratus. ¶ Suſtētabā.moliebar. ¶ Pari for.iniqua & aduerſa æquali tuæ fortune. ¶ Opibus:auxiliis cōſolationū ſed ꝓprie nūero multitudinis opes diuitias: opē auxiliū & poſſibilitatē appellamus. ¶ Quæri ꝗrelas afferre pria breui:ita ſine honore ꝑdita libertate.& eſt ſenſus ꝗſi deſpati hoīs. quū oia aialia natura appetāt uiuere.& ipſe Ci.dicat cōquerēdū fuiſſe potius ꝗ gaudendū ꝙ uiueret quā in tot miſeriis & calamitatibus uerſaret̃. Mors p̄ſtantior erat ꝗ ta. ¶ Inſignis.magna & noſcibilis. ¶ Priuati.in rebus meis familiaribus.has.n.mihi cæ.oēs tutas eē uoluit. De cōi igit̃ calamitate non de priuata cōꝗrit̃.optare.n.non mō ē deſiderare.ſꝫ eligere. Vir.ꝑs optare locū tecto. ¶ Pepulit.ꝑcuſſit. ¶ Nihilominus.nō mīus & iūgēdū ē tñ. ¶ Cōficior paſſiua qdē litteratura ſignificat ferme ꝙ ꝑeo. cōſumor.torꝗor. Vñ ſenio & ætate cōfectū dicius. Vir.cōfectum ætate parētē.aliis ēt ī cōmoditatibus cōfectū ꝗſi ꝑeūtē appellamus.ac ēt cōfectū iā factū dicius.ut cōfecta res eſt in Senatu. Careo.n.rō ē ꝗre ſibi moleſtū ſit uiuere. ¶ Mors.e.i bello ciuili. ¶ Peccare peccatū eē nō mediocre qđ uiuā ex ticta rep. Mioris culpæ ē peccare ꝗ cōmerere. Ter.qd feci.qd cōmerui:qd peccaui pater. ¶ Fuga.ꝑtim i ægyptū ꝑtiꝫ in libiā:ꝑtim i hiſpaniā. ¶ Quorū be.quos mihi beniuolos fecerā ex defenſa rep. ¶ Te ſo.adiutore ad defendendam remp. ¶ Quōdā.catilinariā cōiurationem itelligit.ꝗ detecta & pūita ſaluam & icolumem remp.cōſeruauerit. ¶ Verſor Senſus eſt careo nō ſolū amicis ſed eorū bōa diſſipari uideo.qđ æque mihi moleſtū eſt. ¶ Verſor.duas id uerbū cōpoſitiones expoſcit aut in.aut circa.ut Ci.pōt ī pacata ciuitate uerſari. Et æthica uerſat̃ circa bñ uiuendi rōnem.hoc eſt cōſtat in bene uiuendi rōne. Eſt & aliud uerbū uerſo frequentatiuū a uerto. Vir. Nunc fluctus hñti uerſantqꝫ in littore uenti. ¶ Naufragiis. Trāſlatio a nautis q naufragium faciūt.& ꝓ dāno aut malo capimus. ¶ Direptionibus.rapinis. ¶ Quod ipſum.ſ.audire eoꝝ bona diſſipari. ¶ Quod.ſ.uidere bōa eorū diſſipari. ¶ Eſſet mi.qa audire calamitates noſtrorū amicorū miſerum eſt per ſe.ſed miſerius uidere.nec poſſe eis ſubuenire aut opitulari. ¶ Quo.quare.ſ.uidere. ¶ Acerbius.durius. ¶ Eorū.amicorū. ¶ Quibus ad.qbus adiuuātibus me.quorū auxilio. ¶ Illud incen.Catilinæ intelligit cōiurationē.ꝗ cōparat incendio. ¶ Extiximus.pſeuerat in tranſlatione incendii.i.deleuimus ſuſtulimus. ¶ Gratia beniuolentia apud oēs.qbus plurimū amabant̃. ¶ Auctoritate.qa multū poteramus. ¶ Gloria.ſplēdore q geſſi cōſulatum & alios ampliſſimos magiſtratus. ¶ His.ſ.gratia auctoritate & gloria. ¶ In ea.ſ.urbe. ¶ Obtinemus rñdet tacite obiectioni qa poſſet dicere Figulus dictum eſſe a ci.ſupra:nihil uenire ſibi in mētem oppugnandum eſſe qđ cæ.ultro ad eum nō detulerit ergo cū nō carere gratia & auctoritate &c.rñdet Ci. qđ licet humaniſſime tractet̃ a cæ.tñ non plus ualet illa humanitas cæ. ut faciat ꝗ ei placeant. ¶ Quāuis.i.uiolentia ſubaudi ualet ut ea fiant quibus doleat.

VBER.
Inſignis
priuati
Nihilominus
Cōficior
Naufragus
direptio
Diripere
Mœſtus
PHI.
Triſtis
Abiectꝰ
Opes
Ops
Optare
Nihilominus
Cōficior
peccare
Cōmerere
Verſor

omnium atq; temporum. Itaq; orbus iis rebus omni bus quibus & natura me & uoluntas & cõſuetudo aſſue fecerat: cum cæteris ut quidem uideor: tum mihi ipſi diſpliceo: natus enim ad agendum ſemper aliquid dignum uiro: nunc non modo agendi rationem nullam habeo: ſed ne cogitandi quidem. Et qui antea aut obſcuris ho minibus aut etiam ſontibus opitulari poteram: nunc. P. Nigidio uni omnium doctiſſimo & ſanctiſſimo: & ma xima quadam gratia: & mihi certe amiciſſimo: nec beni gne quidem polliceri poſſum: ergo hoc ereptum eſt litte rarum genus. Reliquum eſt ut conſoler. & afferam ratio nes quib⁹ te a moleſtiis coner abducere ea quidem facul tas uel tui: uel alterius conſolandi in te ſumma eſt: ſi unq̃ in ullo fuit. Itaq; eam partem q̃ ab exquiſita quadã rõne

Orbus

¶Orbus: priuatus: tractum a parentib⁹ q liberis priuati orbi dñr. In. tunc orba tigride peior. ¶Natura: tria poſuit q̃ maximam hñt uim ad oĩa q̃ agimus Ci. in Cati. admiratus eſſem Catilina ſi ab ea amẽtia diſceſſiſſes. ad quã te natu ra creauit: uoluntas exercuit fortuna ſeruauit: fortuna. n. pro conſuetudine poſuit: quoniã ſecũdũ fortunã cõſuetudinem facimus: eſt ãt cõſuetudo uſus alicuius rei. ¶Cũ Cæ. & aliis. ¶Tñ: multo maxime mihi. ¶Natus: optima rõ quare pœniteat eũ uitæ ſuæ: qa cũ ſit natus ad agẽdũ ſp aliqd dignũ uiro: uidet nõ ſolũ ſibi ereptã facultatẽ agẽdi: uerũ ẽt fa cultatẽ cogitãdi: quod plus eſt. ¶Natus. i. a natura inſtitutus: q dedit mihi ingeniũ & doctrinã. ¶Dignũ ui. i. honeſtũ & utile reipu. id. n. uiro dignũ dicit: q rectum eſt & officio fit. ¶Rõnem: modũ facultatem. ¶Sed ne co. qa cogitatiões meæ uanæ & irri tæ futuræ ſunt: cũ eo redacta ſit reſp. ut ei am plius opitulari non poſſim & hæc ẽ rõ quare dixit cogitandi. nã alr̃ qſq; hẽt liberã cogitãdi ptãtẽ. ¶Et q: alia rõ: qa cum añ oppſſam rẽp. potuiſſet Ci. opitulari omnibus ignobilibus: & q aliqd facinus admiſiſſent: dolebat q nũc nõ poſſet nõ mõ præſtare: ſed ne polliceri qdẽ ali qd opis & auxilii. ¶Obſcuris ignobilibus nõ claris: qualis fuit. C. Pompilius Lenas picenæ regiõis hõ: quẽ Cic. nõ minore cura q̃ eloquen tia defendit: a quo poſtea: interemptus ẽ Cic. ut oñdit Valerius maximus li. v. ca. iii. ¶Son tibus: nocentibus qui aliqd mali ppetraſſent. ſi cut Miloni q interfecerat Clodium. ¶Opitula ri: ferre opem: ſubuenire. ¶Nũc hoc tpe quo cæſar oĩa tenet. P. Nigidio maxima uis ẽ in p prio noie. ¶Doctiſſimo præſtantiſſima doctri na ſuper alios omnes. ¶Sanctiſſimo integerri mo optimo. & ẽ cõtra id qd dixerat ſontibus.

Sontes
Sanctiſſimus

PHI.

PHI. ¶Nihil ẽ acerbius. ut in epiſtola ad tor quatũ. Eqdẽ nos qd romæ ſumus miſerrimũ eẽ dico, nõ ſolũ qd i oĩbus malis acerbius ẽ uidere q̃ audire. & eſt ſenſus noſtrorũ amicorũ iſortunia audire miſerũ eſt & acerbũ ſed acerbius ẽ atq; miſerius illa uidere. & illis ſubuenire non poſ ſe. ¶Illud incendium quod Catilina parauerat patriæ. quum in exercitum in Etruriam exul confugiſſet Lentulo cethe go iuſſit cædes in urbe & incendia parare. & ſe cum exercitum propediem affuturum ſignificauit. pararunt igitur ut iuſſerat futura nocte in. xii. regionibus urbẽ incendere. ¶Gratia: amore & beniuolentia in nos. P. R. ¶Auctoritate: nam multum poteramus in urbe ex conſeruata rep. ¶Gloria: quã ex oĩb⁹ magiſtratibus reportauit maxime ex cõſula tu belli catilinarii: & ẽ hic articulus. ¶Floruerunt: tranſlatio: quæ multũ ſplendoris affert in oratione: qñ parce & ac cõmodate fit. Floreo autem ablatiuo coniungitur uenuſtiſſime: ut clareo: fulgeo: ſplendeo: luceo. ¶Obtinemus: hẽmus

Floreo

inqt gratiã Cæſaris q me amat: antipophora eſt: & confutatio qdã. Nam dicere figulus potuiſſet a Cice. dictum eſſe paulo ſuperius nihil ſibi optandum uenire in mentem: quod ultro ſibi cæſar non afferat: ergo non carere gratia ad qd Cice. reſpondet obtinemus &c. ¶Quam mu. temporum: quoniam plus apud nos poteſt mutatio & perturbatio tẽpo rum ad dolorem commouendum: q̃ beniuolentia & gratia Cæſaris ad læticiam dandam: quod q̃uis habeam Cæſaris gratiam: tñ ea contentus & lætus eſſe non poſſum quum uideam me libertate priuatum. ¶Natura: maximam hæc tria uim habent in oĩbus natura uoluntas: & conſuetudo: de quibus in Catilinam Tullius ſic habet. Admiratus eſſem catilina ſi ab ea amẽtia diſceſſiſſes: ad quam te natura creauit: uoluntas exercuit: fortuna ſeruauit. ¶Natus. n. ad agen dum ſemper aliqd dignũ uiro: ſine arrogantia pro meritis ſuis id dicere poterat homo uere natus ad agendum ſemp ali quid claro uiro digniſſimum tam domi quam foris: tam in rep. quam in doctrina: nam in republica patriam ſeruauit. In doctrina pcipuum linguæ latinæ lumen fuit. Duo maxima munera adimpleuit ociũ litterarium: & negocium rerum geſtarum: Tria præclara in eo uiro fuere. Magnitudo ingenii. Vigilantia naturæ: & excellentia omnium bonarũ artium diſciplinæ: quibus ampliſſima negocia & ocia litterarum obire potuit. ¶Natus: a natura inſtitutus: & eſt rõ q̃ ſibi mo leſtum ſit eſſe in uita. ¶Dignum ui. utile & honeſtum reipu. ¶Rõnem: facultatem: & modum. ¶Obſcuris ignobilib⁹ quale fuiſſe legimus. C. Pompiliũ Lenã picẽtem a Cic. defenſum: q poſtea in referenda gratia ciceronem occidit: & ſex. Roſciũ amerinũ accuſatũ de parricidio dãnãte. L. Sylla defenſum a Tullio non plures q̃ tris & uiginti annos nato: ut ait Cornelius nepos: ſed ut placet Feneſtellæ annos natus ſex: & uiginti hãc cauſam dixit. ¶Aut etiam ſontibus ut. T. Annio Miloni: qui Clodium interfecit. ¶P. Nigidio uni Figulo Emphaſim habet nomen proprium:

VBER.
Benignitas

VBER. ¶Maxĩa gratia. apud populũ. i. q eẽt ualde gratus & dilect⁹ pplo: & opponit obſcuris hoibus. ¶Et mi. cer. ami. q. d. q ipſũ ſolũ ſatis eẽ deberet: qa amicitiæ oĩa debem⁹ q̃ præſtari pñt. ¶Benigne: large liberaliter. nã benigni tas: ut docet Ci. i. offi. Eadẽq; & liberalitas dicit. ¶Ne pol. q. q min⁹ ẽ q̃ opitulari. ¶Hoc. g. lit. i quo debeat eẽ pmiſſio alicui⁹ auxilii ut ſupra dixit. ¶Reliquũ ẽ: reſtat: relinqt mihi. ¶Vt te cõ. qa duo genera poſuit ſupius: & dixit i quo de

Abducere

beat eẽ aut pmiſſio auxilii alicui⁹: aut cõſolatio doloris. ¶Coner: tentẽ. ¶Abducere: remouere: eripe. ¶Ad ea oſtẽdit maximã ptẽ hui⁹ cõſolatiõis eẽ i ipſo nigidio. q & ſeipſum & alios multo meli⁹ poſſet conſolari q̃ ci. ¶Facultas ptãs modus. ¶Si unq̃ i ullo fuit: ſi unq̃ aliqs potuit aliũ cõſolari: tu potes maxie. Itaq; infert ex ſuperiori clauſula non eſſe

Exqſita

ſibi opus uti rõib⁹ ſumptis a philoſophis. & ab aliis uiris doctiſſimis. cũ eas meli⁹ teneat Nigidi. q̃ ipſe. ¶Partẽ. ſ. cõ ſolatõis. ¶Proficiſcit. puenit ſumit. ¶Exqſita ſubtili diligẽter excuſſa & diſputata. ¶Rõnẽ qualis eſt ſtoicorum qd

g Ratulor. Balbus hic ad quẽ nunc Cic. ſcribit: ali⁹ eſt ab eo de quo ultima ep̃la ad Cæcinam mentionem feci: ille enim amiciſſimus Cæ. & eius uices in multis rebus gerebat: hic aũt cum Põpeianas partes ſecutus: iam- diu exulaſſet a patria: tandem reditum a Cæſare ĩpetrauit: intercedentibus Panſa Hircio: Oppio: & Balbo & qbuſdam aliis familiaribus Cæſaris ſimul cũ Cicerone: licet nondum eſſent impetratæ litte ræ reſtitutionis in patriam. Itaque Cicero ei gratulatur primum: deide oſtendit quam aper te egerit eius cauſam contra temporum condi tionem. Poſtea uero dicit quare Cæſar non ſta tim conceſſerit litteras reſtitutionis quas qui- dem affirmaſſe dicit Panſa ſe celeriter allatu- rum. Deinde oſtẽdit eum ſemper fuiſſe magni animi: ut ſignificet ita etiã nunc eſſe oportere licet ſubdat ea tali cõſolatione potius alio tpe opus fuiſſe q̃ nũc. ¶Vere: ideſt ex uera cauſa pp impetratam promiſſionem Cæſaris reſtitu tionem tuam. ¶Stultus. inſipiens. ¶Vt te uſu ra: ideſt ut te uelim in falſum gaudium conice re. Falſum enim gaudium dicitur: cum ſine iu ſta cauſa gaudemus. ¶Frui. fructum & uolu ptatem capere. ¶Vſura: uſu. ¶Deinde: poſtq̃ uſus fueris falſo gaudio. ¶Frangi: rumpi: ubi cognoueris gaudium eſſe falſum. ¶Cadere: proſterni. ¶Vt nulla res poſſit tollere ad æq tatem quia qui cognoſcit ſe ſemel falſo gaui- ſum eſſe. nõ facile poteſt poſtea erigi: ut æquo animo ferat q̃ accidunt. ¶Extollere: erigere. ¶Aequitatem: moderationem. ¶Apertius: promptius. ¶Mea tempora. q̃ non erant ſatis fœlicia. quia carebant dignitate gratia. & au- ctoritate ſolita. ¶Ferebant. exigebãt. ¶Tuã cauſam. reſtitutionis tuæ. ¶Vincebatur. ratio quare aptius egerit cãm q̃ ſua tpa ferebãt. & eſt ſenſus fortuna debilis gratiæ meæ uinceba tur a charitate tua & beniuolentia mea erga te. ita plus cogeret facere q̃ poſſet. ¶Fortuna ſcilicet mala. ¶Gratiæ debilitatæ. i. imminu tæ. ¶Charitate tui. i. beniuolentia tua in me. ¶Culto obſeruato. ¶Promiſſa a Cæſare. ¶Certa indubitata. ¶Rata firma ſtabilita. ¶Reditũ in patriam. ¶Sal[illegible]m incolumita tem. ¶Cognoui intellexi. eſt autem articulus. ¶Opportune cõmode. ¶Implicatos alliga tos aſtrictos. ¶Cũ ab illo diſceſſerint. modus eſt dicendi. i. poſt illum. utitur autem interdum Cice. etiam alio loco hoc genere dicendi. ¶Ab illo. ſ. Cæſa. ¶Proximum. ideſt me ament poſt Cæſarem. nullo ante me poſito. Proximus enim dicitur. cui nullus interponitur. ¶Panſa Hircius. hi omnes quos enumerat in textu erant fami liariſſimi Cæ. & apud eum plurimum poterant a quibus Cicero dicit ſe uæhementer amari. ¶Ita faciunt ut me &c. i. me unice diligunt. Eſt etiam genus dicendi ornate ego faciam ut te plurimum amem. ideſt plurimum amabo faciam ut tibi proſim. ideſt prodero. ¶Quod dicit Cicero ſe tantum feciſſe pro Balbo quod ſi pro ſalute ſua efficiendum fuiſſet non uideretur ſibi parum ita feciſſe, ſicut fecit pro Balbo. Non pœniteret. non parum uideretur. Terentius quantum hic operis fiat me pœnitet. Vir. Nec te pœniteat calamo triuiſſe labellum. ¶Pro ratione temporum. ideſt ſecundum cõ ſiderationem & conditionem temporum. ¶Eſſe molitum. ideſt feciſſe. nam moliri inter cætera facere ſignificat Virgi lius Molirive moram. ¶Nihil eſt inſeruitum. nullum commodum tibi factum. nulla opera tibi præſtita. ¶Neceſſitudi nes amicitiæ coniunctiones. ¶Intercedunt ſunt. ¶Cum his omnibus. ¶Panſa Hircio. & cæteris ſupra memoratis. ¶Agere de te tuam cauſam tractare Cymber alias eſt nomen gentis. Sunt enim Cymbri populi Galliæ quos Ma- rius apud aquas ſentinas uicit. Idem auctore Appiano in libro qui illyrius inſcribitur Celtæ dicti ſunt a celto filio Po lyphemi. & Calathæ. alii tamen malunt a claritudine dictos. hic autem Cymber proprium eſt uiri. ¶Satiſfecit. funct⁹ eſt officio ſuo fecit quod ab eo expectabam. ¶Valent tamen. hoc dicit Cæſarem moueri magis iuſtis precibus ami corum & propinquorum alicuius. quam ambitioſis & inanibus. ſicut ſupra. ¶A. [Cæcina. Præterea cedit inuſorum

Falſum gaudium

Pœnitet

Moliri

Cymbri

Celtæ

Galatæ

gratias agere. Hæc prædicatio tua mihi ualde grata eſt ea quæ te uti facile patior tum apud alios: tum me hercu le apud Syronem noſtrum amicum. Quæ. n. facimus cuiq; prudentiſſimo maxime probata eſſe uolumus. Te cupio uidere quam primum. Vale.

M.T.C. Oppio. S.D.

GRatulor tibi mi Balbe: uereque gratulor nec ſum tam ſtultus ut te uſura falſi gaudii frui uelim deinde frangi repente atq; ita cadere: ut nulla res poſtea ad æquitatem te animi extollere poſſit. Egi cauſam tuam apertius q̃ tempora mea ferebant: uin cebatur. n. fortuna ipſa debilitate gratiæ noſtræ. tui cha- ritate & meo perpetuo erga te amore culto a te diligen- tiſſime. Oia promiſſa confirmata certa & rata ſunt: quæ ad reditum & ad ſalutem tuam pertinent: uidi: cognoui: interfui: et. n. omnes Cæſaris familiares ſatis oportune habeo ĩplicitos conſuetudine & beniuolẽtia: ſic ut quum ab illo diſceſſerint: me proximum habeant. Hoc Panſa: Hircius: Balbus: Oppius: Marius: poſthumi plane ita fa ciunt: ut me unicum diligant. Quod ſi mihi per me effi- ciendum fuiſſet: nõ me peniteret p ratiõe tẽpoꝝ ita eſſe molitũ: ſed nihil eſt a me inſeruitum tpis cauſa. Veteres mihi neceſſitudines cum his omnibus intercedunt. qui- bus quum ego agere de te non deſtiti principem: tamen habuimus Panſam tui ſtudioſiſſimum: mei cupidum q ualet apud illum non minus auctoritate q̃ gratia. Cym- ber autem Tullius mihi plane ſatiſfecit. Valent tamen

apud Cæſarem non tam ambitioſæ rogationes q̃ neceſſa riæ:quas quia Cymber habebat:plus ualuit quã pro ullo alio ualere potuiſſet. Diploma ſtatim non eſt datum: quod mirifica eſt improbitas in quibuſdã qui tulliſſent acerbius ueniam tibi dari:& quem illi appellant tubam belli ciuilis. Multaq; ita dicunt: quaſi non gaudeant id bellum incidiſſe. Quare uiſum eſt occultius agendum neque ullo modo diuulgandũ de te iã eẽ pfectum. ſed id erit perbreui. Nec dubito quin legente te has litteras con fecta iam res futura ſit. Pãſa quidẽ mihi gratus homo & certus nõ ſolũ confirmauit: uerũ etiam recepit perceleri ter ſe ablaturum diploma. Mihi tamen placuit hæc ad te perſcribi. Minus.n.te firmum ſermo. Epuliæ tuæ lachry mæque Ampiæ declarabant quam ſignificabant tuæ lit teræ. Atque illæ arbitrabantur quum a te abeſſent ipſe multo in grauiore cura te futurum Quare magnopere putaui angoris & doloris tui cauſa leuandi:pro certis ad te ea quæ eſſent certa perſcribi. ſcis me antea ſic ſolitum eſſe ſcribere ad te magis ut conſolarer fortem & ſapien tem uirum:quã ut exploratam ſpẽ ſalutis oſtenderem ni ſi quã ab ipſa republica quum hic ardor extinctus eſſet ſperari oportere cenſerem. Recordare tuas litteras: qui bus & magnum animum mihi ſemper oſtendiſti:& ad omnes caſus ferendos conſtantem ac patum. Quod ego non mirabar quum recordarer te & a primis tpibus æta tis in repu. eſſe uerſatum. & tuos magiſtratus in ipſa di ſcrimina incidiſſe ſalutis fortunarumque cõmuniũ. & i hoc ipm bellũ incidiſſe:nõ ſolum uti uictor beatus:ſed etiam ut ſi ita accidiſſet:uictus & ſapiens eſſes. Deinde quum ſtudium tuum cõſumas in uirorũ fortium factis memo riæ prodendis conſiderare debes:nihil tibi eſſe cõmitten dum. Quamobrem eorum quos laudas: te non ſimilem præbeas. Sed hæc oratio magis non eſſet apta ad illa tẽ pora.quæ iam effugiſti. Nunc uero te tantum para ad hæc nobiſcum ferenda. quibus ego ſiquam medicinam inuenirem:tibi eandem traderem. Sed eſt unum perfu gium doctrina & litteræ quibus ſemper uſi ſumus. Quæ ſecundis rebus delectationem modo habere uidebant tur:nunc uero etiam ſalutem. Sed ut ad initium reuer tar:caue dubites:quin omnia de ſalute ac reditu tuo per fecta ſint. Vale.

M.T.C. Quin. Ligario. S.D.

iuſtis & officio incenſis:non inanibus aut ambitioſis uoluntatibus. ❡Neceſſariæ:q̃ ex officio pertinent. ❡Quas:ne ceſſarias rogationes. Quia Cymber habuit:erat.n.propinquus Balbi. ❡Plus ualuit:pro te. ❡Diploma ꝑ litteris re ſtõnis põit hic diploma licet generaliter ſigni

Diplo ma ficet oẽs litteras:a uerbo græco διπλόω du plico:inde δίπλωμα duplicatio & litteræ: eo ꝙ duplicẽtur. ❡Nõ eſt datũ nobis: a cæſa re. Mirifica maxima. ❡Veniã dari tibi: tibi in dulgeri:tibi cõcedi reditũ. ❡Quẽ te. ❡Appel lãt tubã.i.dicũt incitatorẽ belli ciuilis.nam tu

Tubæ uſus bæ uſus incẽdendorũ militũ gratia reptus cre ditur. ❡Quaſi tanq̃. ❡Nõ gaudeant: cum te uæhementer læti ſint. ❡Id bellũ ciuile. ❡In dicisse eueniſſe. ❡Quare q̃obrẽ:qa multi erãt q moleſte tuliſſent:ſi tibi p litteras conceſſus eẽt redit⁹. ❡Occult⁹: ſecreti⁹:ne oẽs itellige rẽt de reditu tuo tibi ꝑmiſſo. ❡Diuulgãdũ pu blica fama ſpargẽdũ. Eẽ pfectũ de te.i.iã eẽ i petratũ id ꝙ d̃ te uoluiſſem⁹. ❡Id.ut diuulget d̃ te eẽ pfectũ. ❡Per breui.ſ.tpe:ſed abſolutũ ẽ p ſe & p breui ad te uẽiã:ſubaudit tpe:quod tñ interdũ addit a Ci. & ab aliis. ❡Legẽte te i.quum hñeris has litteras manibus & eas le ges. ❡Certus fidelis:cui uere eſt credendum. ❡Recepit:promiſit:ſuſcepto hoc onere in ſe. ❡Tñ licet res adhuc occulte agat. & nondũ allatũ ſit diploma. ❡Epuliæ uxoris tuæ: cum qua locutus ſum. ❡Minus firmẽ:in ferenda in iuria & exilio iſto. ❡Quam litteræ tuæ decla rabant.i.quam ſcripſeras ad nos. ❡Ampiæ fi liæ tuæ ❡Quum a te abeſſent.i.eis remotis a te multo maiori ſollicitudine futurum cum illis pñtibus eẽs in magna. ❡Leuandi minuẽ di. ❡Pro certis:q̃ eſſẽt certa.i.ut ſint certa:ita certa ad te perſcribenda putaui. ❡Exploratã certam:qui antea non habebam certam ſpem ſalutis tuæ ſicuti nũc:ſed ita ſcribebam: ut cõ ſolarer te. ❡Niſi eam.ſ.ſpem ſalutis. ❡Hic ardor:hoc incendium belli ciuilis. ❡Eſſet ex tinctus:eſſet deletus: quia amoto bello uide bar ſperare rempublicam allaturam ſalutẽ & tibi & aliis bonis ciuibus. ❡Recordare:redi ge ad memoriam. ❡Animum ma.quem nunc nõ ſeruare eundem tibi turpe eſt. ❡Quod.ſ.te habere talem animum. ❡A primis tẽporibus. nam ut Maro inquit. Adeo a teneris conſueſce re multum eſt. ❡In diſcrimina: in pericula qui bus es aſſuefactus ad labores ferẽdos. ❡In hoc bellum:ciuile. ❡Victor beatus.i.ut non ſolum eſſes fortunatus uictor. ❡Sed ſapiens uictus.i.etiam uictus ſapienter ferres fortunã & in hoc oſtenderes ſapientiam tuam. ❡Pro dendis tradendis. ❡Memoriæ poſteriorum.i. cum ſcribas facta uirorum fortium. ❡Cõmit tendum efficiendũ. ❡Quamobrem pp quod. ❡Quos laudas in tuis ſcriptis. ❡Similẽ for tem ſicut ipſi fuerunt. ❡Quæ effugiſti.q̃ præ terierunt: quibus indigebas confirmatione. ❡Hæc ferenda.ꝙ reſpubli.noſtra iacet. & op preſſa ſit. ❡Vnum ſolum.ſ.doctrinam & litteræ

Caue i.doctrina litterarum. ❡Mõ tãtũmõ. ❡Nunc hic tpibus aduerſis. ❡Etiã ſalutẽ.qa ſine eis nõ poſſem⁹ uiuere. ❡Caue dubites.uid̃ ne du bites. Caue.n.negationẽ i ſe habet. ut caue fa cias.i.uide ne facias. Poteſt tñ etiam addi ne.

ET ſi tali tuo tempore me aut conſolandi aut iu
uandi tui cauſa ſcribere aliquid ad te pro ami
citia noſtra oportebat: tamen adhuc id non fe
ci:quia neq; lenire uidebar oratione: neque leuare poſſe
dolorem tuum. Poſtea uero q̄ magnam ſpem habere cœ
pi:fore ut te breui tempore incolumē haberemus: facere
non potui:quin tibi & ſententiam & uoluntatem declarā
rem meam. primum igitur ſcribam: quod intelligo & p
ſpicio non fore in te Cæſarem duriorem. Nam & res eū
quottidie: & dies:& opinio hominum(& ut mihi uide
tur)ſua natura mitiorem facit. Idq; cum a reliquis ſen
tio:tū de te etiam audio ex familiariſſimis eius: quibus
ex eo tempore:quo primum ex aphrica nūtius uenit ſup
plicare una cum fratribus tuis non deſtiti. Quorum qui
dem & uirtute & pietate & amor in te ſingularis:& aſſi
dua & perpetua cura ſalutis tuæ tantum proficit:ut nihil
ſit ꝙ nō ipſum Cæſarem tributurum exiſtimem:& ſi tar
dius fit q̄ uolumus:magnis occupationibus eius: a quo
omnia petuntur aditus ad eum difficiliores fuerunt:& ſi
mul Aphricanæ cauſæ iratior diutius uelle uidetur eos
habere ſollicitos a quibus ſe putat diuturnioribus eſſe
moleſtiis conflictatum. Sed hoc ipſum intelligimus
eum quottidie remiſſius & placatius ferre. Quare mi
hi crede & memoriæ manda: me tibi id affirmaſſe te
in iſtis moleſtiis diutius non futurum: quando quid ſen
tirem expoſui:quid uellem tua cauſa re potiꝰ declarabo
q̄ oratione. Et ſi tantum poſſem quantū in ea rep. de qua
ita meritꝰ ſum:ut tu exiſtimas:poſſe debebam: ne tu qui
dem in iſtis incommodis eſſes. Eadem.n.cauſa opes fre
git meas:quæ tuam ſalutem in diſcrimen adduxit. Sed ta
men quicquid imago ueteris meæ dignitatis:quicquid re
liquiæ gratiæ ualebunt ſtudium:conſilium:opera: gratia
fides mea nullo loco deerit tuis optimis fratribus. Tu
fac habeas fortem animum: quem ſemper habuiſti. Pri
mum ob eas cauſas quas ſcripſi:deinde quod ea de repu.
ſp uoluiſti atq; ſenſiſti: ut non modo quum ſecunda ſpe
rare debeas:ſed etiam ſi omnia aduerſa eſſent: tamen &
conſcientia factorum & cōſiliorum tuorum quæcūq; ac
cideret:fortiſſimo & maximo aīo ferre deberes. Vale.

M.T.C.Q.Ligario.S.d.

ME ſcito omnem meum laborem: omnem ope
ram: ſtudium: curam in tua ſalute conſume
re. Nam cum te ſemper maxime dilexi: tum

ET ſi tali:Qu.Liga.ante bellorum ci
uilium initia:cum.C.Conſidio con
ſule legatus in aphricam profectus
eſt Deinde Conſidio ex prouincia diſcedente.
Ligarius prouinciæ præfuit. Poſtea uero in
ter Cæſa.& Pompe.ciuilibus diſcordiis:& bel
lis Liga.nullo negocio ſe implicuit: ſed arre
pto imperio prouinciæ a.P.Vato prætore Li
ga.in ipſa prouincia ex neceſſitate permanſit:
ad quam quum.L.Tubero iuſto tibi imperio
a ſenatu dato ueniſſet: prohibitus eſt a Qu.
Liga.ut ipſe Tubero aſſerebat:qui poſtea ad
Pomp.in Macedo.ſe contulit: ſed poſtea reſti
tuto.L.Tuberone in patriam Qu.T.L.fili
us apud Cæ.Liga.accuſauit: ꝙ contra eum
in Aphrica fuiſſet:ob q̄ cauſam Ligari.exilio
mulctabatur:eius tamen fratribus Romæ ma
nentibus ita Cice.hac epiſtola excuſat tardita
tem ſuarum ad eum litterarum:quā ideo fuiſ
ſe dicit:ꝙ non uidebat quo pacto poſſet leni
re eius dolorem. ¶Sed: poſteaq̄ cœpta eſt ha
beri ſpes eius incolumitatis dicit ſe paraſſe ali
quid ad eum ſcribendum. Scribit igitur ſe per
ſpicere Cæſa.non futurum in eum diutius du
rum aut acerbum:idque arguit ex eius natu
ra q̄ mitem eſſe dicit: & ex tempore oſtendit
ſe cum fratribus Ligarii ita feciſſe apud Cæ
ſarem:ut nihil ſit ꝙ eum tributurum non ſpe
ret:adducitque rationes quare tardius hoc fe
cerit pollicetur autem omnem operam ſuam
fratribus Ligarii pro eo. Poſtremo hortatur
eum ut forti animo ſit: & eum conſolatur ma
xime conſcientia recte factorū:pro hoc Qui.
Ligario extat oratio egregia Cicero. qua euꝫ
defendit apud Cæſarem. ¶Tali tempore:taꝫ
miſero quo exulas a patria & a tuis. ¶Non
feci.i.non ſcripſi. ¶Quia: ratio quare non
ſcripſerit. ¶Lenire: mitigare. ¶Oratione.
meis uerbis. ¶Fore.futurum eſſe. ¶Habere
mus.in patriam reciperemus. ¶Sententiam
opinionem iudicium. ¶Dies.tempus. ¶Opi
nio hominum quam uidet erga ſe bona. ¶Mi
tiorem molliorem benigniorem. ¶Quibus fa
miliariſſimis eius. ¶Ex eo tempore poſt id tē
pus. ¶Quorum fratrum tuorum. ¶Virtute.
fortitudine animi. ¶Pietatem incredibili in te
affectu. ¶Tantum profecit tantum ualuit.

ME ſcito oſtendit Cice. ſe diligenter la
borare pro ſalute Ligarii idque face
re ex ſua in eum ueteri beniuolentia
& in eius fratres a quibus aſſidue dicit ſe ro
gari pro eius ſalute. Deinde declarat quam
ſpem & fiduciam de ſuis reditu & incolumita
te acceperit non ſolum ex uerbis Cæſa. ſed
etiam ex uultu & multis aliis ſignis: & horta
tur ut eundem animum pſtet rebus redactis in
tranquilliorem locum quem animum preſtitit
rebus turbidiſſimis. ¶Me ſcito quaſi dicat no
li dubitare. ¶Cōſumere ponere. ¶In tua ſalu
te ut icolumis reſtituaris i patriā. ¶Cū copula
tiua eſt pticula ut ſupra diximus ſignificat tā
& ſed minus ſignificat q̄tū & iūgit indicatiuo.
¶Aeque tan. ¶Atque q̄. ¶Patitur ſinit ga

aſſidue me monet:ut omnia pro te agam q̄ debeo. ¶Munus onus. ¶Malo.potius uolo. ¶Honeſtius.n.puto officium meum ab aliis laudari:quam a me ipſo. ¶Confidam certum habeam & credam. ¶Exploratum cognitū. ¶Nam ſi. ne uideat Ci.temere hæc ſperare de Ligario dicit ſe eē timidum in rebus magnis & pīculoſis:& ſemp̄ magis timere ad uerſa q̄ ſpare ſecūda.ſed cū audiuiſſet Cæ.ſe cognouiſſe ex eius uerbis,& multis aliis ſignis nihil eſſe dubitādū de ſalute Ligarii. ¶Aduerſos infœlices. ¶Exitus fines. ¶Is.ſ.timidus & magis metuens aduerſos exitus q̄ ſperās ſecūdes. ¶Hoc ti.in magnis rebus &c. ¶Eſt ui.qa uidet̄ eē cōtra fortitudinē q̄ a ſe amouet oēm deſperationē. ¶Ego idē:qa ſum timidus &c. ¶Calē.itercalares de rōne itercalatiōis.Macrobi⁹ i ſaturnalib⁹ abūde ſcribit.Itaq3 non puto hic eē opus tā multa referre.Appellabat̄ aūt menſis intercalarius : ſiue itercalaris:utrūq3 eni dicit̄:quo iterſerebantur dies:q deerāt ad cōplēdū annū diuerſis qdem rōnibus diuerſo tpe:ut idē Macrobius oñdit. Is aūt menſis erat Februarius : quoniā erat ultim⁹ mēſis āni:nō tñ itercalabant in fine menſis ſed poſt uigeſimū & tertiū terminalibus iā pactis deinde reliquos februarii mēſis dies q erāt qnq3 poſt itercalationē ſubiūgebant ueteres legatiōis ſuæ more:ut Februariū oino martius ſeq̄ret̄. ¶Intercalares:igit̄ calēdæ dñt calēdæ menſis itercalaris,i.Februarii. Alii intelligūt ēt appellatas calē.itercalares calēdas martias:nō ꝗ eo mēſe intercalarentur dies: ſed ꝗ eſſent ꝓxime dieb⁹ intercalatis.i.ꝗ ſtatim ſeq̄rent̄ intercalationē.qnq3 tātū diebus iterpoſitis ut diximus.Intercalariū aūt mēſem dici Februariū.& Macro.ut oñdimus declarat.& Aſchonius Pedianus his uerbis Pōp. interrogatus a Seruio Sulpitio qnto calēdas martias itercalario mēſe cōſul creatus eſt:ſtatiq3 cōſulatū iniit. ¶In dignitatē: quia nō habita eſt maior rō mei q̄ fuiſſem minimus ciuis. ¶Et mole.qa difficilimū habui ad eū aditū. ¶Iacerēt ꝓſtrati eſſent:ut ē mos ſupplicātiū:ſicut uiſu3 ē ſupra Seruiū Sulpitiū de reſtōne Marcelli.& quū marcellus ſe ad cæſaris pedes adieciſſet. & cætera. ¶Tuū tēpus:cōditioni temporis. ¶Mollis nō acerba. ¶Liberalis benigna. & q̄ ueniæ ſe ꝓmptā oñderet. ¶Oculis uultu qbus ſæpe cognoſcimus aī qualitatē & irā uel placabilitatē.Iuue.Depræhendas aī tormēta latētis i ægro corpore deprehēdas & gaudia. ſumit utrunq3.Inde habitū facies. Quam ſcribere qa nō facile eſt ſcribere oia ſigna uult⁹ & oculoꝝ. ¶Opinionē ſpem. ¶Et ſi duæ partes ſunt. ¶Turbidiſſima infœliciſſima. plena perturbatiōis. ¶Tranqlliora læte feras.i.ut antea ſapiēti aīo tuliſti aduerſa.ita nūc ꝓſperioribus lætare. ¶Adero fauebo ſubueniā ut diffi.i.tanq̄ difficillimis.hoc eſt licet res tuæ factæ ſint tranqlliores.nō tñ minori cura & diligentia in eis utar.q̄ ſi eſſent difficillimæ.

Intercalaris menſis

fratrum tuorum quos æque atq; te ſumma beniuolentia ſum complexus: ſingularis pietas amorq; fraternus nullum me patitur officii erga te:ſtudiiq; munus:aut tēpus prætermittere: Sed quæ faciam fecerimq; pro te ex illorum te lrīs:q ex meis malo cognoſcere. Quid autem ſperē aut confidā & exploratum habeam de ſalute tua:id tibi a me declarari uolo. Nam ſi quiſq eſt timidus in magnis periculoſiſq; rebus:ſemperq; magis aduerſos rerum exitus metuens q̄ ſperans ſecundos:is ego ſum: & ſi hoc uitium eſt:ego me non carere confiteor. Ego idē tamen quum ad.ii.calen. intercalares priores rogatu fratrum tuorum ueniſſem mane ad cæſarē:atque oēm adeundi & coueniēdi illius in dignitatē & moleſtiam pertuliſſem: quū fratres & propinqui tui iacerent ad pedes & ego eſſem locutus quæ cā:quæ tp̄s tum poſtulabat: nō ſolū ex orone cæſaris:quæ ſane mollis & liberalis fuit: ſed etiā ex oculis & uultu:& ex multis præterea ſignis:quæ facilius potui perſpicere:quā ſcribere hāc in opinionē diſceſſi:ut mihi tua ſalus dubia non eſſet Quāobrem fac aīo magno fortique ſis. & ſi turbidiſſima ſapienter ferebas tranquilliora læte feras. Ego tantum tuis rebus ſic adero ut difficillimis:neque cæſari ſolum: ſed ēt amicis oibus quos mihi amiciſſimos eſſe cognoui pro te ſicut adhuc feci libentiſſime ſupplicabo. Vale.

M.T.C.Baſilio.S.D.

T Ibi gratulor. mihi gaudeo:te amo: tua tueor:a te amari: & quid agas quidque agatur certior fieri uolo.

Bithynius Ciceroni.S.D.

SI mihi non tecum & multæ: & iuſtæ cauſæ amicitiæ priuatim eſſent: repeterem initia amicitiæ ex parentibus noſtris: ꝙ faciendum his exiſtimo qui paternam amicitiam nullis ipſi officiis proſecuti ſunt. Itaque cōtentus ero noſtra ipſorum amicitia.

TIbi gratulor. Baſilius ciuis romanus debuerat aliquid ꝑclari in aliqua prouincia cui præeſſet feciſſe. Vnde Cicero ei nunc gratulatur.

SI mihi.cū abeēt Bithyni⁹ ab urbe rogauit Ci.hac epiſtola.ut eum abſentē qbuſcūq3 rebus poſſet tueret̄.idq3 eum facere debere oſtendit ex amicitia nō ſolū parentū ipſoꝝ.ſed multo magis ex amicitia utriuſq3 ipſoꝝ multis & iuſtis cauſis confirmata. ¶Si nō.i.niſi. ¶Et iuſte.honeſte utputa cāæ uirtutis & moꝝ & ſimilitudinis ſtudioꝝ. ¶Repeterē.reuocarem.reſumerem. ¶Ex pa.no.qui inter ſe fuerunt amiciſſimi. ¶Quod.quam rem.ſ.ut repetantut initia amicitiæ a parentibus. ¶Sunt proſe.nul.of.i.qui paternæ amicitiæ nulla propria & ſua officia addiderunt.ſicut nos addimus per ipſam amicitiā paternam multis officiis proſecuti ſumus. ¶Noſtrā ip.i.noſtrorū metipſoꝝ.neq3 nūc p amicitiā paternā aliqd a te petam

¶Cuius.ſ.amicitiæ noſtræ ip̄ſorū. ¶Fiducia:bōa ē:cōfidētia mala:licet Vir.fiduciā p̄ cōfidētia poſuerit Tāta ne uos generis tenuit fiducia ueſtri. ¶Officiū:bn̄ficiū q̄ i me ſit collatū. ¶Intermoriturū:periturū:tanq̄ conferat in ingratum. Fiducia

Vm cæterarū:ſcripſerat Bithynius ad Cicero.ſe cupere cū eo uiuere ſi aliqn̄ reſpu.q̄ diu agitabatur.conſtitueretur. Itaq; Cicero reſcribit ſe uæhementer cupere:ut reſp.tandem conſtituatur:& in bonum ſtatum redigat:& aliarum cā:& hac p̄cipue ut poſſit exigere a Bithynio promiſſum ut ſecum uiuat. Deinde dicit Cicero eſſe aliquos qui quia plurimum fuerint ſibi coniunctiores Bithynio magnitudine officiorum q̄ ipſe Cic. neceſſitudine uero & beniuolentia neminem eſſe coniunctiorem. Confidētia

Cuius fiducia peto a te:ut abſentem me quibuſcūq; in rebus opus fuerit tueare. ſi nullum officium tuū apud me intermoriturum exiſtimas. Vale.

## M.T.C.Bithynio.S.D.

C Vm cæterarum rerum cauſa cupio eſſe aliquando remp. conſtitutam tum uelim mihi credas accedere id etiam quo magis expetam promiſſum tuum:quo in lr̄is tuis uteris ſcribis.n.ſi ita ſit te mecum eſſe uicturum gratiſſima mihi tua uoluntas eſt faciſq; nihil alienum neceſſitudine noſtra:iudiciiſq; patris tui de me ſummi uiri. Nam ſic habeto beneficiorum magnitudine eos:qui temporibus ualuerunt aut ualeant:coniunctiores eſſe tecum q̄ me neceſſitudine neminē. Quãobrē grata mihi eſt & mēoria tua noſtræ cōiunctionis:& eius etiam augendæ uoluntas Vale.

## M.T.C.Leptæ.S.D.

S Imulac accepi a Seleuco tuo litteras:ſtatī q̄ſiui a Balbo per codicillos quid eſſet in lege. reſcripſit eos q facerent p̄coniū uetari eē in decurionibus qui feciſſent non uetari. Quare bono aīo ſint & tui & mei familiares.neq; enim erat ferendū:cum qui hodie

Cæterarum:aliarum multarum. ¶Conſtitutā firmatam:in ſtatuto ſuo collatam. ¶Aliquando:tādem:aliquo tp̄e. ¶Tum:p̄cipue. ¶Accedere:adiungi ad illas cæteras res. ¶Id.qd' ſequit.ſ. ¶Quo idest ut. ¶Expetā.exigā a te. ¶Quo.ſ.p̄miſſio. ¶Si ita.ſit.ſ. ¶Vt reſp.ſit conſtituta. ¶Tua uo.uiuēdi mecū. ¶Aliēū ne.no.i.nih I facis cōtra neceſſitudine noſtrā i.nihil facis q̄ ſit cōtra amicitiā noſtrā cū petis mecū uiuere. ¶Nā ſic:ſenſus eſt:crede eos q habuerūt gratiā aut auctoritatē:his tp̄ibus cōtuliſſe in te maiora beneficia:q̄ ego q nō ualui.ſed neceſſitudine & beniuolētia neminem eſſe tibi coniunctiorē. ¶Neceſſitudine neminem:ſubaudi cōiunctiorē eſſe. ¶Eius.cōiunctiōis. ¶Augēdæ uolūtas.i.cupio iā augere.

S Imulac:Interrogauerat Lepta ci.utrū p̄cones & haruſpices poſſent per leges fieri decuriones municipiorū:de quo Ci.ſcribit ſe conſuluiſſe Balbum iuriſconſultum.exponitque eius ſn̄iam deinde facit eū certiorē quid audierit de rebus hiſpanis.erāt n.eo tempore in hiſpania exercitus Cæ. & Pompe.deinde quia Lepta laudauerat opus Ci.de oratore:dicit Ci.uæhementer gaudere:dicitq; ſe cupere ut Leptæ filius lepta eo delectetur:& poſtremo hortatur eum ut filium ad ediſcendum Heſiodū inducat:& p̄cipue quattuor eius carmina. q̄ in fine epiſtolæ ſubdit. ¶Simulac poſtea q̄.cum primū. ¶Quæſiui interrogaui. ¶E bal.pro ex balbo.iuriſcō.qui nouit quid leges ſtatuēt. ¶Codicillos.breues litteras.ut li.iiii.in epiſtola Sulpitii de morte Marcelli.Puer Accidimi obuiā mihi uenit cum codicillis eſt.n.diminutiuū diminutiuo.codex.n.facit codiculus.inde codicillus. Iuriſconſulti pro genere quodam teſtimoniorū accipiunt. ¶Quid eſſet in lege.i.quid lex ſtatuerit de eo q̄ petiſti. ¶Qui facerent p̄conium.qui nunc eſſent p̄cones in municipiis.p̄cones autem qui publice aliquid ore & uerbis denunciant.ut apud Virg.in.v.æneī. Victorem Aeneas p̄conis uoce Cloantū declarat.idem tubicines & cornicines dicuntur.q̄ ſonitu tubæ populum ad ſe dicent:Iuue.quondam hi cornicines & municipalis arenæ Perpetui comites.notæq; per oppida buccæ.dicuntur autem a p̄ & cano.q̄ ante canant & denunciant q̄ eſt faciendum.hii aūt uiles erant.unde nunc dicit reſcriptum eſſe a Balbo.qui exercerent p̄conium.uetari per leges eſſe in decurionibus.decuriones aūt auctoribus Feſto & Nonio.a numero militiæ cui p̄erant dicti ſunt.q̄ denis equitibus p̄eſſent.ſicut centuriones.Erant tn̄ decuriones alii urbani alii municipales. Vrbanus decurio turmæ p̄erant.quæ duobus & triginta equitibus conſtabat.neq; uero belli ſolum ſed domi quoq;. Decurio dicitur nomen quoddam p̄poſiture turmæ ſignificans.ut Sueto.in Domitiani uita. Saturius decurio cubiculariorum. In municipiis autem decurio idē creditur qui & ſenator.nam qui in ſenatu & conciliis reipubli.municipalis intereſſe poterant. Decuriones erant ut Cicero.in oratione pro.P.Sextio. Recita quæſo Sexti quid decreuerint Capuæ decuriones. Romanum autem & municipalem decurionem differre declarat Pli.iunior epiſtola quadam li.i.puto autem uerius dictos Decuriones.ut ſenſit Pomponius iuriſconſul.de uerborum ſignifica.q̄ initio cum deducerentur Coloniæ conſilii publici gratia decima deductorum conſcribi ſolita ſit. Decuriones igitur in hoc loco non pro equitibus aut qui præeſſent decem equitibus accipiuntur.ſed pro his qui in ſenatu & conciliis reipu.municipalis intereſſent.ut declarat Cice.ipſe hac epiſtola.decurias autē nobiliorum.centurias inferiorum dici. Pedianus uoluit.ergo. ¶Eſſe in decurionibus.i.eſſe in ſenatoribus municipalibus. ¶Qui feciſſent.ſubaudi præconium.nam quidam fruſtra & falſo addūt qui haruſpicinam feciſſent. cum haruſpicina ſuperfluum eſſe conſtet hoc enim ſentit Cicero. reſcripſiſſe Balbum eos qui nunc facerent præconium prohiberi eſſe in decurionibus.qui uero alias feciſſent & nunc non facerēt non prohiberi. ¶Familiares ami. propter quos forſitaſſe queſiuerat hoc Lepta a Cice. Neque enim arguit a minori ad maius q̄ ſi illi qui in præſenti faciunt haruſpicinam.poſſunt eligi ſenatores in urbe Roma. multo magis poterunt eligi decuriones qui in municipiis præconium feciſſent. & in præſenti non faciant. cum minus ſit eſſe decurionem in municipiis quam ſenatorem Romanum.

Simulac
Codicilli
Codiculus
Præcōes
Tubicines
Cornicines
Decuriones
Decuriæ
Cēturiæ

haruſpicinam facerēt in ſenatu Ro. legerent: eos qui aliquā do pconiū feciſſent in municipiis decurióes eē nō licere. De Hiſpaniis noui nihil. Magnum tamen exercitū Pompeium habere conſtat. Nam Cæſar ipſe ad nos miſit exemplum Patiatii litterarum: in quo erāt illas undeci eſſe legióes Scripſerat. n. meſſala. Q. Salaſſo. P. Curtiū fratrem eius iuſſu Pompeii inſpectante exercitu interfectum q̄ conſenſiſſet cum hiſpanis quibuſdam: ſi in oppidum neſcio quod Pompeius rei frumentariæ cauſa ueniſſet: eum comprahendere: ad Cæſaremq; deducere. De negocio tuo q̄ ſponſores pro Pompeio ſi Galba conſpōſor tuus redierit homo in re familiari non parum diligens: non deſinam cum illo cōmunicare: ſi quid expediri poſſit. quod uidebatur mihi ille confidere. Oratorē meū tantopere a te probari uehementer gaudeo: mihi quidem ſic perſuadeo: me quicquid habuerim iudicii de dicendo in illum librum contuliſſe. Qui ſi eſt talis qualem tibi uideri ſcribis: ego quoq; aliquid ſum. Sin autem aliud non recuſo: quin q̄tum de illo libro: tantūdem de mei iudicii fama detrahatur. Leptam noſtrum cupio delectari iam talibus ſcriptis: & ſi abeſt maturitas ætatis: iam tamen perſonare aures eius huiuſmodi uocibus non eſt inutile. Me romæ tenuit omnino Tulliæ meæ partus. Sed quum ea queādmodum ſpero ſatis firma ſit teneor tamē dum a Dolobellæ procuratoribus exigam primam penſionem. Et mehercule non tam ſum peregrinator iā q̄ ſolebam. Aedificia mea me delectāt: & ociū dom⁹ eſt: quæ nulli uillaꝝ mearū cedat: ociū oī deſertiſſima regióe maius. Itaq; ne lrĩæ quidem meæ impediuntur in quibus ſine ulla interpellatione uerſor. Quare ut arbitror prius hic te nos quam iſtic tu nos uidebis. Lepta ſuauiſſimus ediſcat. Heſiodum: & habeat in ore τησ ἀρετησ ἱδρωτα θεοι προπαροιθεν εθηκα ναθανατοι. Vale.

Haruſpicina ¶ Haruſpicinā facerent. i. q̄ eſſent haruſpices. Haruſpicina erat diuinandi diſciplina per inſpectionē extorū & uiſcerum aīalium: q̄ nō ſatis honeſta putabatur: ergo dicit nō erat tolerandū quū illi eligerent in ſenatu Ro. q̄ facerent hoc tpe haruſpicinā: q̄ illi nō poſſent eſſe decuriones in municipiis: qa antea feciſſent pconiū. ¶ Legerent: eligerent. ¶ In ſenatu. Ro. ut poſſent eſſe Ro. ſenatores. ¶ Aliqn̄: aliquo tpe nunc. ¶ Nō licuerat p leges. ¶ Eſſe decu. in mu. q̄ minus ē q̄ eligi in ſenatu ro. ¶ Cōſtat: apparet: manifeſtū eſt. ¶ Illas. ſ. leges. ¶ Pō. ſuſpectāte exer. conſpectu totius exercitus. ¶ Conſenſiſſet: coniuraſſet. ¶ Neſcio quod: ita ſolemus dicere cū ignoramus nomē. ¶ Cauſa rei fru. i. cā puiſionis frumenti. Comphendere: capere: ligare. ¶ Quo: negocio. ¶ Eſt ſpon. pro pō. i. quo pro Pompeio fideiuſſiſti. ſideiuſſerat. n. Lepta ſimul cū galba quoddā p Pō. de re pecu. & q̄rebat ſe liberari illa fideiuſ. ſcripſeratq; ad Cic. ut id cōmunicaret cū galba q̄ ſe facturū dicit. ¶ Conſponſor: ſimul ſponſor. ¶ Expediri: explicari & liberari. ¶ Oratorē: alii uolunt eſſe oratorē quē ad Bru. ſcripſit: ego ſentio eſſe libros de oratore: de q̄bus facit mētionē epiſtola penultima primi libri. quos dialogo ſcripſiſſe dixit: & magnopere cōmendauit ſicut ēt hic: utrumq; tñ opus elegantiſſimū. ¶ A te pro. tibi placere. ¶ De dicēdo: d̄ arte dicēdi. ¶ Cōtuliſſe. poſuiſſe. ¶ Aliqd ſum. i. alicuius pcii Detra. diminuit̄. ¶ Lepta: filiū tuū. ¶ Etſi: q̄q̄. ¶ Maturitas di. qa iudiciū pōt eſſe maturū adoleſcētibus: ppea q̄ per ætatē non ſunt multa experti. ¶ Abeſt: deeſt ei. ¶ Perſonare hmōi uoci. i. audire aſſidue hmōi uoces. Nā Oui. q̄ ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorē Teſta diu.

Penſio ¶ Paratus qa nuper peperit: nec pp id licuit mihi honeſte diſcedere. ¶ Satis firma ſatis ualida. ¶ Teneor. īpedior uenire. ¶ Procuratoribus Dolobellæ: q̄ gerunt negocia dolobellæ: aberat eni eo tpe dolobella: & mādauerat Ci. ut a pcuratoribus ſuis exigeret primā pēſionē reꝝ ſuarū. penſio aūt a pendendo dicit̄: q̄ dat̄ p uſu alicui⁹ rei ut agri aut domus. ¶ Et me her. alia cā quare moratus ſit diutius romæ dicit. n. Cice. ſe non ita delectari peragrare loca multa & ire peregre: ſicut ante delectatus eſt: eſt. n. magis iuuenum. q̄ ſenū. ¶ Aedificia mea me delectāt. i. delector eē domi meæ. ¶ Ociū domus. q̄es domeſtica. ¶ Quæ. domus. ¶ Cedat. i. ſit inferior. qa nō minus ociū eſt mihi domi meæ. q̄ in meis uillis. ¶ Maius oī regione diſertiſſima. i. ociū maius q̄ ubi fere nulli habitant: loca eni minus habitata plus habēt ocii. ¶ Interpellatione. itermiſſione tpis. i. aſſ. duc. ¶ Quare concludit Ci. ex ſupradictis cauſis. q̄ potius ueniet Lepta Romā q̄ Ci. eat ad eū.

Ediſcere ¶ Ediſcat: nō ſolū cognoſcet. ſed & memoriæ

Heſiod⁹ māſiet. id eni ſignificat ediſcere. ¶ Heſiodum. poetā. quē q̄dā uolūt antiq̄orē fuiſſe Homero ſcripſit aūt de agricultura apud græcos: quē noſter Virgilius in geor. cū magna laude imitatus credit̄ ſupaſſe. fuit aūt ex Aſcra uico Boetiæ admodū puo & aſpero. ut ſcri. Stra. uñ & maro noſter. Aſcræūq; cano rōana p oppida carmē. & alibi. Aſcræo quos añ ſeni. ¶ Hēat i ore. i. aſſidue memoret & pnūciet carmia q̄ ſequunt̄. qa maxie hortātur ad āplectēdas uirtutes. τησ ἀρετησ ἱδρωτα θεοι προπαροιθεν εθηκα ναθανατοι μακροσ δε και ορθιοσ οιμοσ. Horū aūt carminū ut fere uerbū de uerbo interptemur hic eſt ſenſus. ¶ Virtutis ſudorē dii imortales antepoſuerūt. longa aūt eſt ad arduā uiā ipſam & aſperā primū. ubi. n. in cacumē uentū eſt. facilis eſt q̄ dura & aſpera extiterat. ea carmina multi uarie traducunt uerſibus. ſed non interptantur uerum ſenſum poetæ. nos igitur ita traduximus. Virtutem poſuere dei ſudore parandam. Arduus eſt ad eam longuſq; per ardua callis. Aſper & eſt primum ſed ubi alta cacumina tanges. Fit facilis quæ dura prius fuit inclyta uirtus.

Aculam: Macula qdem ciuis Romanus inuitauerat Leptam & Ci. ad uillam ſuam: itaq; Cice. eam laudat. erat
M aũt in falerno campaniæ loco optimi uini feraciſſimo: deinde quia lepta cupiebat eſſe in familiarib? Cæ. & ob eam cauſam parauerat munera & Cæ. & cæteris qui apud eum plurimum poterant: hortatur Cic. Leptam: ut neq; curet eſſe apud Cæ. nec faciat ea munera: & adducit rationes: pollicetur tamen ſi quid fuerit in quo ſit ſpes ſe tentaturum & facturum quod potuerit. ¶ Functum officio: non finiuiſſe officium quoddam quod geſſerat: ut quidam male interprætantur: ſed feciſſe officium & debitum ſuum. ¶ Falernum: eius ubi habet uillam: inter ſex. n. loca quæ ſcribit (Falernũ)

## M.T.C.Læptæ.S.D.

m Aculam officio functum eſſe gaudeo. Eius falernum mihi ſemper idoneum uiſum eſt diuerſorio: ſi modo tecti ſatis eſt ad comitatum noſtrum recipiendum. Cæterum qui mihi locus non diſplicet: nec ea re Petrinum tuũ deſerã. Nam & uilla & amœnitas illa commorationis eſt non diuerſorii. De curatione aliqua munerum regiorum cum oppio locutus ſum. Nam Balbum poſteaquam tu es profectus non uidi. tantis pedum doloribus afficitur: ut ſe conueniri nolit. Omnino de tota re ut mihi uidetur: ſapientius faceres: ſi non curares. Quod. n. eo labore aſſequi uis nullo modo aſſequere: tanta eſt. n. multitudo intimorum: quod ex his potius aliquid effluat: quã nouo ſit aditus: præſertim qui nihil afferat præter operam: in qua ille ſe beneficium dediſſe putabit: ſi modo ipſum ſciet non accepiſſe. Sed tamẽ aliquid uidebimus in quo ſit ſpes. aliter quidem non modo non appetendum ſed etiam fugiendum puto. Ego me Aſturæ diutius arbitror cõmoraturum: quoad ille quandoque ueniat. Vale.

## M.T.C.Torano.S.D.

Dederam triduo ante pueris Cn. Plancii litteras ad te: Eo nunc ero breuior: teq; ut antea conſolabar hoc tempore monebo. Nihil puto tibi eſſe utilius quam ibidem opperiri: quoad ſcire poſſis

M. Varro præcipuis quibuſdam rebus abundare affirmat Falernum uini feraciſſimum eſſe quæ ut facilius memoriæ mandentur infraſcripto epigrammate meo placuit complecti: qd' iam multis annis ſcripſeram ad Octauianum uicomercatum nunc iuriſconſultorum Mediolanenſium decus & ornamentum maximum: quem mihi diſcipulum fuiſſe & morum elegãtia litterarum doctrina facit: ut me non pœniteat. Sex cognoſce ſuis iſignes fructib? agros Carminibus uates quos celebraſſe leges. Dat cererem campanus ager. dat uina falernus. Caſſinas oleæ dicitur eſſe ferax. At de tuſculeo molles tibi ſumere ficus: Deq; tarentino dulcia mella potes. Præcipuos tyberia dabũt tibi flumina piſces. Has tibi quem malis: nat lupus inter aquas. Piſce lupo melius multi nil eſſe probarunt. Inter ſi pontes uixerit ille natans. ¶ Diuerſorio. i. iucundo & grato hoſpitio: diuerſoriorũ enim locus quilibet dicitur: quo homines de uia quieſcendi aut reficiendi corporis cauſa ad tempus diuertere ſolent. nã diuortia & diuerticula alia dicuntur: ut ſupra alio loco diximus. Si modo ſatis tecti eſt. i. ſi habet tantum tecti quantum ſufficit ad recipiẽdos comites noſtros: quos nobiſcum ducemus. ¶ Cætera. i. per cætera uel ſecundũ cætera. Virg. Cætera graius. Hora. in epiſtolis. Hæc ego dictabam poſt templum putre uacunæ. ¶ Petrinum: nomen uillæ apud Sinueſſam Hora. in epi. Sinueſanumq; petrinum. Nam & uilla iulia. comparat nunc uillam iuliam falerno & petrino: quas uillas dixit eſſe aptas diuerſorio: iuliæ autem uillæ amœnitatem: non diuerſorium ſolum eſſe. ſed & commorationis. i. habitationis & permanſionis. ¶ Regiorum: quæ Cæ. pars: ſed inuidioſe dicit regiorum: quoniam ut illud nomen erat inuiſum romanis. ¶ Curatione: improprie dixit quia proprie ut uoluit Donatus: curatio ẽ medicorum cura reliquorum. ¶ Tantis: tam magnis. ¶ De tota re: ideſt neque de dandis muneribus: neque de quærendo locum apud ipſum Cæ. tanta eſt multorum intimorum ideſt tam multos habet apud ſe intimos & familiariſſimos. ¶ Fluat: eiiciatur ab ipſo Cæ. ¶ Aditus: ſubaudi ad ipſum Cæ. ¶ Qui ſcilicet nouus. ¶ Nihil afferat: nihil præſtet Cæ. ¶ Inquam: opera. ¶ Non accepiſſe ſcilicet operam tuam: qui putabit te ſibi obligatum: ſi non acceperit operam tuam: quam ei allaturus eſſes: eſt enim hæc natura potentum & diuitum uirorum: ut oſtendit Cice. ſi. offi. ¶ Videbimus: experiemur. ¶ In quo ſit ſpes: in quo ſperemus poſſe aliquid tibi prodeſſe. ¶ Aliter: ſi nõ erit ſpes. ¶ Sed etiam fugiendum: quia turpius eſt repelli q̃ non tentaſſe. ¶ Aſturæ: oppidũ ẽ non longe a terracina & eius cognomine fluuius. ¶ Quoad quouſq;. ¶ Ille: Cæ.

(Diuerſorium) (Diuortia) (Diuerticula) (Petrinuz) (Curatio) (Cura) (Aſtura)

d Ederam: Toranus eandem cauſam ſecutus quam Cæcina. & plæriq; alii cum exilio mulctaretur: eſſetque ut puto in Sicilia ſicut & Cæcina: decreuerat inde diſcedere: quod Ci. ſuadet ne faciat propter oportunitatem loci uicini: ex quo facile poterit intelligere. quicquid de reſtitutione ſua actum fuerit. & ſubito diſcedere. Deinde quia Cæſari ex Hiſpania redeunti uolebat Toranus ſe offerre. idque Ci. ei diſſuadet. Deinde conſolatur eum ut forti animo ferat communem cauſam. ¶ Triduo ante: tribus diebus ſuperioribus. ¶ Pueris ſeruis. ¶ Eo propter id quia dedi litteras pueris Planci ad te deferendas. ¶ Vt ſicut. ¶ Antea ſuperiori tempore. ¶ Monebo dabo conſilium. ¶ Ibidẽ ibi. ſ. ubi tu es. ¶ Opperiri expectare. ut Virgi. Reginam opperiens. ſcribitur autem gemino. p. & eſt deponens, nam (Opplor) (Operio)

quid tibi agendum ſit. nam præter nauigationis lõgæ & hyemalis & minime portuoſæ periculum quod uitaueris ne illud quidem non neglígẽdum: quãuis ſubito quũ certi aliquid audieris: te iſtinc poſſe proficiſci. nihil eſt præterea cur aduenientibus te offerre geſtias. Multa præterea metuo: quæq; cum Milone noſtro communicaui. Quid multa. Loco opportuniore in his malis nullo eſſe potuiſti: ex quo te quocũq; opus erit facillime & expeditiſſime conferas. Quo ſi recipiet ille ſe ad tempus aderis: ſin quoniam multa accidere poſſunt aliqua res uel eũ impediet uel morabitur: Tu ibi eris ubi omnia ſcire poſſis: hoc mihi prorſus ualde placet. De reliquo: ut te ſæpe per litteras hortatus ſum: ita uelim tibi perſuadeas: te in hac cauſa nihil habere quod tibi timendum ſit: preter cõmunem caſum ciuitatis. Qui & ſi eſt grauiſſimus: tamẽ ita uiximus & id ætatis iam ſumus ut omnia quæ nõ noſtra culpa nobis accident: fortiter ferre debeamus. Hic tui omnes ualent ſummaq; pietate te deſiderant: & colũt & diligunt. Tu & cura ut ualeas: & iſtinc ne temere commoueas: Vale.

M.T.C. Torano. S.D.

ET ſi quum hæc ad te ſcribebam: aut appropinquare exitus huius calamitoſiſſimi belli: aut iã aliquid actum & confectum uidebatur tamen quotidie commemorabam: te unum in tanto exercitu mihi fuiſſe aſſenſorem & me tibi ſoloſque nos uidiſſe: quãtum mali eſſet in eo bello: in quo ſpe pacis excluſa: ipſa uictoria futura eſſet acerbiſſima: quæ aut interitum allatura eſſet: ſi uictus eſſes: aut ſi uiciſſes ſeruitutem. Itaque ego quem tum fortes illi uiri & ſapientes Domitii & Lentuli timidum eſſe dicebant: eram plane: timebam enim ne euenirent ea quæ acciderunt: idem nunc nihil timeo: & ad omnem euentum paratus ſum: quum aliquid uidebatur cauere poſſe: tum id negligi dolebam nunc uero euerſis omnibus rebus: cum conſilio proficinihil poſſit: una ratio uidetur quicquid euenerit ferre moderate: præſertim quum omnium rerum mors ſit extremum: & mihi ſim conſcius me quoad licuerit dignitati reip. conſuluiſſe: & hac miſſa ſalutem retinere uoluiſſe. Hæc ſcripſi non ut de me ipſe dicerem: ſed ut tu: qui coniunctiſſima fuiſti mecum & ſententia & uoluntate eadem cogitares. Magna enim conſolatio eſt: quum

Geſtire
Quocunque

opio actiuũ ſimplici p̃ ſcriptum regere ſignificat. ¶Præter piculũ: excepto piculo. ¶Hyemalis: tẽpeſtuoſæ. ¶Mime portuoſæ: q̃ ñ hẽt multos & idoneos port⁹. ¶Incõmodiſſimũ: ẽ n. nauigare p̃ ea loca ubi non rep̃iunt̃ portus. ¶Quod: piculũ: uitaueris: ſi expectaueris ibidẽ. ¶Ne il. q̃ ñ negli. ñ cõtẽnẽdũ: ẽ ãt liptote i. illud quoq; plurimi faciẽdũ. ¶Quãuis ſu. i. ualde ſubito ponit̃. n. p̃ q̃tũuis. ¶Proficiſci: diſcedere iſtic. ¶Aduenietib⁹ Cæſarianis. ¶Geſtias: uæhementer cupias. Eſt. n. geſtire motu quodã corp̃is læticiã ai̅ ſignificare. Virg. Incaſſum uideas ſtudio geſtire leuãdi. ¶Offerre te: obuiam dare: occurrere. ¶Noſtro familiari & amico. ¶Opportu. commodiore rebus tuis. ¶Quocũq;: aduerbiũ eſt: in quẽcũq; locum. ¶Opus. e. ſ. te cõferre. ¶Ille cæ. ¶Reci. ſe. rediérit. ſ. in patriã. ¶Oia: q̃ de te agent̃. & ad te p̃tinebũt. ¶Hoc. ſ. q̃ ſis tibi. ¶Prorſus: oino. ¶In hac eã: qua ſecut⁹ es ſimul cũ Põ. & multis aliis. ¶Cõem: cuius nemo ẽ expers aut immunis. ¶Ita uiximus: cũ ea honeſtate & rectitudine eſt aũt cõſolatio a cõſcia: qua Ci. ſæpe utit̃. ¶Id æta. ſit. i. in ea ætate ſumus: eſt autẽ ornatus q̃dam dicendi modus. q. d. ita ſumus iã ſenes: ut fortem animum omnibus rebus p̃ſtare debeamus: q̃ noſtra culpa non acciderũt. ſenes. n. magis debent contẽnere mortem q̃ iuuenes. p̃pterea quod parum uitæ ſupereſt eis qui uiuere poſſint. ¶Hic. Romæ.

ET ſi quũ. Cõſolat̃ Ci. hac ep̃la Toranũ. ut forti aio ferat ea q̃ acciderũt p̃ſertim cũ ipſi ſoli p̃uiderint. q̃d eẽt futurũ. ſiue Põp. ſiue Cæ. uicturus foret oſtendit q; fuiſſe timẽdũ cũ aliq̃d caueri potuit. Nunc uero cũ nulla ſpes rebus euerſis ſup̃ſint. oia ferẽda moderate p̃cipue cũ mors ſit oium extremũ & finis laborũ & miſeriarum. Poſtremo addit cõſolationẽ ſibi aſſuetã recte cõſciæ. ¶Calamitoſiſſimi p̃nicioſiſſimi. ¶Belli affricani. nam mortuo Põ. Cato in affricã ſe contulit ad Iubã. cõtra quẽ poſtea pugnauit Cæ. ¶Cõfectũ finitũ. ¶Cõmemorabã referebã dicebam. ¶Aſſenſorẽ. q̃a idem dicebas q̃d ego. ¶Nos ſolos. duos me & te. ¶In eo bello ciuili. quod gerebat̃ inter Cæ. & põpeiũ. ¶Excluſa eiecta q̃a nulla erat ſpes pacis. ¶Ipſa uictoria utriuſq; futura eſſet ſiue Cæſaris ſiue Põpeii. ¶Interitũ maximã cladẽ & p̃niciẽ ciuiũ. ¶Domitiũ Cn. Domitiũ dicit & Lentulum. q̃ Ci. timidũ appellãt. q̃a bellũ timeret. dicit autem Cic. ſe nõ timuiſſe bellũ. ſed euentũ belli. & ne ea acciderent q̃ acciderũt. ¶Eram plane. ſ. timid⁹. ¶Idem ego. ¶Ad oẽm euentum. i. ad omnia quæ euenerint. ¶Caueri uitari. aut prouidere. ¶Dolebã negligi. dolebã q̃ non prouideretur aliq̃d. & quod nõ curaret̃. ¶Euerſis. p̃ſtratis tractũ ab ædificiis. ¶Cõſilio. prudẽtia q̃a nullus eſt adeo ſapiens q̃ amplius poſſit prouidere. ¶Vna rõ. una uia. unus mod⁹. ¶Ferre moderate q̃cq̃d erit. tale illud Maronis. Quicquid erit ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt. Extremum. Horatius. Mors ultima linea rerum. ¶Mihi ſum conſcius. ſcio. ¶Quod licuerit. quãtum potuerim. ¶Conſuluiſſe. prouidiſſe. ¶Hac amiſſa dignitate reipu. opp̃ſſa & p̃dita. ¶Eadẽ

recordare ēt ſi ſecus acciderit:te tamen recte uereq; ſenſiſ
ſe. Atq; utinā liceat aliquando aliquo reip. ſtatu nos frui
interq; nos conferre ſollicitudines nr̄as quas ꝑtulimus
tum quum timidi putabamur:quia dicebamus ea futura
quæ facta ſunt. De tuis rebus nihil eſſe ꝙ timeas præter
uniuerſæ reip. interitum tibi confirmo. De me aūt ſic ue
lim iudices:q̄tum ego poſſim me tibi:ſaluti tuæ liberiſq;
tuis ſummo cum ſtudio ꝓſto ſemper futurum. Vale.

M. T. C. Domitio. S. D.

NOn ea me res deterruit:quo minus poſtea q̄ in
Italiam ueniſti:litteras ad te mitterē: ꝙ tu nul
las ad me miſeris:ſed quia nec quid tibi polli
cerer ipſe egens rebus omnibus:nec quid ſuaderem:cum
mihi metipſi conſilium deeſſet: nec quid cōſolationis af
ferrem in tantis malis reperiebam. Hæc q̄q̄ nihilo melio
& rudentum ſibilus. Hoc magis animaduerſum eſt:ꝙ intactus a ſibilo peruenerat Hortem. ad ſenectutem. ſed Cotta bene ut in totam uitam cuius ſatis eēt:& peniteret eum iam uixiſſe. De rep. quid tibi ſcribā nihil hēo: Marcelli īpetus reſederunt non inertia:ſed ut mihi uidebatur conſilio. De comitiis conſularibus incertiſſima eſt exiſtimatio. Ego incidi in competitorem nobilem: & egētē nam. M. Octauius Cn. filius & C. Hirrus mecum petit. Hoc ideo ſcripſi: quod ſcio te acriter propter Hirrū nūcium noſtrorū comitiorū expectaturum. tu tamē ſimul ac me deſignatum audieris:ut tibi curæ ſit quod ad Pantheras attinet:ſyngrapham ſictianam tibi cōmendo. cōmentarium rerum urbanarum primum dedi. L. caſtrinio peto:ſecundum ei qui has litteras tibi dedit. Vale.

## M. Cælius. S. D. Cice.

ESt ne uici:& tibi ſæpe quod negaras diſcedens curaturum tibi litteras mitto: ſi quidem perferuntur quas do. Atque hoc eo diligentius facio:ꝙ quum ocioſus ſum:plane ubi delectem ociū meū: non habeo. Tu quum Romæ eras: hoc mihi certum atq; iucundiſſimum uacanti negocium erat tecum id ocii tēpus conſumere. Idq; non mediocriter deſidero: ut non modo mihi ſolus eē ſed romæ te ꝓfecto ſolitudo uideatur facta. Et q quæ mea negligentia eſt: multos ſæpe dies ad te:quum hic eras:non accedebam: Nunc quottidie nō eſſe te:ad quem curſitem: diſcrutior: maxime uero ut te dies noctesq; quæram: competitor Hirrus curat:quomō illum putas auguratus tuum competitorē dolere:& diſſimulare me certiorē quā ſe candidatum: de quo ut quem optas quāprimum nunciū accipias tua mediuſſidius magis quā mea cauſa cupio. Nam mea:ſi fio:forſitan cū locupletiore referam:ſed hoc uſq; eo ſuaue eſt: quod ſi acciderit tota uita riſus nobis deeſſe non poſſit:ſed tanti: ſed me hercule non multum. Marcus Octauius eorum odia qui Hirum præmunt:quæ permulta ſunt:ſubleuat: Quod ad Philothemi liberti officium & bona milonis attinet dedimus operam:ut & Philotimus quā honeſtiſ

debitum erga milonem. ¶ Exiſtimatio auctoritas. ¶ Illud nunc petit a Ci. ſi erit ocioſus: ut aliquid ſcribat: ut itelligat ſe ei curæ eſſe. ¶ Aliquod ſyn. aliquam ordinationē re℞. nam συντασσω ordino conſtituto ide συνταγμα i. ordo conſtitutio. ¶ Quid ti. obiectio. q. d. quomodo hoc cogitaſti: quia es homo nō ineptus. ¶ Aliqd ex tam: quaſi reſponſio obiectionis. ¶ Tuis monumentis: tuis ſcriptis. ¶ Prodat tradat. ¶ Cuiuſmodi uelim. i. poſſes fortaſſe quærere cuiuſmodi & quale monumētum uelim a te prodi in memoriam amicitiæ noſtræ. ¶ Tu citius dicit Cælius Cice. melius poſſe cognoſcere quo genere ſcriptorum debeat uti: qui optime nouerit omnem diſciplinam. ¶ Genere. i. in generali. ¶ Hēat qd' ꝑtineat ad nos: qd' ſit accōmodatum nobis. ¶ Didaſcaliā doctrinā. διδασκω. n. doceo ſignificat ide διδασκαλος i. doctor magiſter. & διδασκα doctrina. ¶ Vt uerſetur inter manus. i. ut multi delectētur habere in manibus. & frequenter legere.

Syntagma

Didaſcalia

ſime Miloni abſenti: eiuſq; neceſſariis ſatiſſaceret: & ſecundum eius fidem & ſedulitatem exiſtimatio tua conſeruaretur. Illud nunc a te peto: ſi eris ut ſpero ocioſus: aliquid ad nos ut intelligamus nos tibi curæ eſſe ſyntagma conſcribas. Quid tibi iſtuc inquis in mētem uenit? Homini non inepto aliquid ex tam multis tuis monumētis extare: ꝙ amicitiæ noſtræ memoriam poſteris quoque prodat Cuiuſmodi uelim puto queris. Tu citius qui omnem noſti diſciplinam. Quod maxime conueniat excogitabis genere: tamē quod ad nos pertineat & didaſcaliam quandam ut uerſetur: inter manus habeat. Vale.

M. Cælius. S. D. Ciceroni.

i Nuideo tibi ꝙ multa quottidieque mirere iſtuc perferuntur. Primum illum abſolutum Meſſalam: deinde eundem condemnatum. C. Marcellum conſulem factum. M. Clodium ab repulſa poſtulatum a Gallis duobus. P. Dolobellam quindecim uirum factum. Hoc tibi non inuideo caruiſſe te pulcherrimo ſpectaculo: & Lentuli cruris repulſi uultum non uidiſſe. At qua ſpe: qua certa opinione deſcenderat: quam ipſo diffidente Dolobella: & hercules niſi noſtri equites acutius uidiſſent: pene concedente aduerſario ſuperaſſet. Illud te non arbitror miratum Seruium tri. ple. deſignatū: condemnatum. Cuius locum. C. Curio petit. Sane quā incutit multis qui cum facilitatemque eius non norunt magnum metum. Sed ut ſpero & uolo: & ut ſe fert ipſe bonos. Sed ſenatus mallet totus ut nūc ē hoc ſtatueret huius uoluntatis initium: & cauſa eſt ꝙ eum non mediocriter cæſar: qui ſolet infirmorum hominum amicitias ſibi qualibet impenſa adiungere ualde contēpſit. Qua in re mihi uidetur illud ꝑ quā uenuſte ceciniſſe: quod a reliqs quoq; uſq; eo eſt animaduerſum: ut curio qui nihil conſilio facit: ratione & inſidiis uſus uideretur in euitādis his conſiliis: qui ſe intēderant aduerſarios in eius tribunatū Lælios & Antonios: & id genus ualentis dico. Has ego tibi litteras eo maiore miſi interuallo: ꝙ dilationes occupatiorem me habebant et ſpectare in dies exitum cogebant: ut confectis omnibus te facerem certiorē. Ad cal. ſexti uſq; expectaui: prætoris moræ quædam inciderunt: mea porro comitia quem euentum ſint habitura neſcio

i Nuideo tibi: ſcripſerat Ci. ad ſe multa deferri facta eē in urbe: quæ qdē enumerauerat. Itaq; cælius ſcribit ſe ei inuidere tam multa ad eum deferri quæ ipſe miret. & dicit quæ ſint ea deinde multa narrat quæ romæ agātur. & de rebus cæ. & Pō. Poſtremo ab eo petit pātheras ad ſe mitti. & ſe certiorem fieri: qūo hēat ſe ægyptus poſt mortem Ptolemæi quem dicit ſe audiuiſſe eē mortuum. ¶ Inuideo ti. placet mihi ſors tua. ¶ Quod qa. ¶ Iſtoc pro iſtuc. ¶ Ab rep. poſt repulſa. ¶ Quindecim uir℞: nomē magiſtratꝰ: ſicut. n. dicimus triumuir℞ & decēuir℞: ita & qndecimuirū: iō qd' in eo magiſtratu. xv. eēnt. ¶ Caruiſſe te. i. qd' carueris. ¶ Et nō ui. mul. qa erat triſtiſſimus: uidebat̄. n. lachrymari ꝓpter repulſā. ¶ At qua ſpe. q. d. certiſſima nō n. dubitauerat qn impetraret. ¶ Diffidēte: nō ſperāte ſe impetraturū qndecimuirum. ¶ Deſcēderat: ad petēdum qndecimuiruꝫ cōtra dolobellam. ¶ Noſtri. a. qui fauebant Dolobel. ¶ Quē. a. codex uetuſtus hēbat quæ acutius ut ſit ſenſus niſi noſtri uidiſſent quæ. i. aliqua. ¶ Cōcedēte. a. nō repugnante dolobella eius aduerſario. ¶ Seruium nomē ꝓpriū alibi ſcriptum eſt ſeruium cuius ſeruii. ¶ Locum ut deſignaretur tribunꝰ pro eo. ¶ Quam ma. m. incu. i. q̄ magnum timorem inicit. ¶ Facilitatē manſuetudinem. ¶ Vt fert ipſe: ut ait ſiue ut ſe gerit. ¶ Bonos ſcilicet mallet: melius autem legitur bonos q̄ bono: ſic ſed ut ſpero. & uolo & ut fert ipſe bonos & ſenatū mallet. ¶ Totus ſca. tractum a fontibus q aquam ſcaturire i. abunde effundere dicuntur. ¶ Vt nunc ē in pro tpe. ¶ Infirmorum. nam cæſ. ſemp quæſiuit cōciliare ſibi plæbem. ¶ Is cō. i. cōſiliis eorum. ¶ Intendebant: oppoſuerant. ¶ In ei tri. contra tribunatum eius: in quod dixit eū fuiſſe condemnatum. ¶ Legælios & Antonius nominat q intenderant ſe aduerſarios tribunatui Ci. ¶ Valentis pro ualentes. i. potētes. ¶ Maiore it. longiore ſpacio. ¶ Spectare ex. uidere qui finis eſſet futurus. ¶ Confectis omni. quæ in comitiis fuiſſent acta. ¶ Sextiles: auguſtas. ¶ Prætoris mo. ſic eſt ſcribēdum & intelligendum ſic. ¶ Quædam mo. ideſt quædā

dilatiões.¶Inciderunt:inuenerunt. ¶Prætoris:ſubaudi comittis.¶Mea:q propter meaȝ ædilitatem ſunt futura.¶Quod:quantum. ¶Deiecit:proſtrauit.¶Ad nõ fa.ut nõ fa. ut nonfaceret. ¶De il.Irro.eum eſſe uictum. ¶De nobis:quod obtinuerimus ædilitatem. ¶Abducturum:a Cæ.¶Conuicium: contumeliam in Cæ.¶De qua:ſucceſſione. Hoc ẽ declarat q ſi hæc ſucceſſio.¶Trãſigeret:perficeretur.¶Intercederetur:fieret interceſſio & ꝓhibitio aliqua:ut ſupra in primo li. Cui Cato & Caninius interceſſerunt. ¶Conieciт obtulit emiſit.¶Audientis obedientis. ¶Sic.i. ita nihil tã expecto q̃ paulum deſignatũ conſulem:dicentem ſniam:ſciebat enim Cælius illum aiatum eſſe contra Cæſarem. ¶Syngrapha ſictiana:de qua in ſecũda epiſtola huius octaui libri diximus. ¶Cybiratas.i.ex cybira:q̃ ẽ urbs aſiæ auſtralis ut ſcribit Stra.li.iii. & Hora.in epi. Ne cybiratica neue bithyna negocia perdas.¶Regem alc.i.Ptolæmeum regem ægypti erat enim alexandria regia regum ægypti ut uidimus in primo libro.¶Mihi ſua puto legendum eſſe ſi audeas ut ſit ſenſus & ordo.¶Perſcribas mihi diligẽter ſi audeas quomodo illud regnum & habeat ſe.& quis procuret.i.tueatur nomine regis.

q Via tua cura. Quum dubitaretur de bello parthico.& alii pacẽ cõficiendã putarent alii prælio decertandum ſcribit Cælius ſe uæhementer eſſe de hac re ſollicitum. & latenter monet Ci.ut fugiat dimicationem. Oſtendit enim eius exercitum paruũ eſſe ad tantum bellum: neqȝ expectandũ auxilium a ſucceſſoribus quos negat.futuros ꝓpter cõtrouerſiaȝ quæ erat in ſenatu de gallis poſtremo dicit ꝙ ſi hẽret q̃ ſcriberet de rep. ſcriberet diligentiſſime ſicut ſolitus eſt tantum dicit ꝙ agas Mar.de prouinciis. ¶Qua cu. qua ſollicitudine. ¶Pendeo animi.i.aĩo pendeo & ſollicitus ſum figurate autem dixit pendeo aĩ ſicut præſtans aĩ. & diſcrutior animi. ¶Hoc mo.hoc modo hac uia.¶Et pro uiri &c.ſenſus eſt ſi ſolum eſſet tantum bellum quantum copiarum habes.¶Copiarum exercitus.¶Aſſequeremur efficeremus haberem9. ¶Illam dimi.aduerſus parthos q̃ etiam Ci.libenter cupiebat euitare: ut lib.ii.magni belli timor impendet quod uidemur effugere ſi ad diem ſtatutam diſcedemus.¶Tam op.q̃.ſ.ut euitaremus ipſam dimicationem.¶Non me. ſed maximam.¶Vnum.ſ.quia ad ſaltus tuendos ſolent opponi milites contra hoſtes.Hãc ra.ꝙ tuus exercitus uix poſſit tueri unum ſaltum propter paucitatem. Saltus autem ſecundum Ser.campi ſpacium & locus ſiluæ ẽ Vir.

Saltus geor.iii. Saltibus in uacuis paſcũtur plena ſe

Saltari9 eundum flumina a ſaliendo autem dicitur ꝙ ibi arbores ſaliant.i.creſcant inde ſaltarius cãporum cuſtos. ¶Deſiderantur expectantur. ¶Ab eo.ſ.exercitu tuo. ¶Tanq̃ nihil de ſit ei.i.tanq̃ omnia poſſit.

Opinionem quidem quod ad Hirrum. attinet incredibilem ædepol comitiis nacta ſunt.Nam.M.Cælium uicinianum mentio illa fatua quã deſideramus olim & promulgatio de dictatore ſubito deiecit: & deiectum magno clamore ſecuta eſt.Inde Hirrum ad non faciendum flagitare.ſpero te celeriter: & de nobis quod ſperaſti: & de illo quod uix imperare auſus eſt auditurum.De repu. iam noui quicquam expectare deſideramus.Sed quũ ſenatus habitus eſſet ad Apollin.ad.xi.cal.ſext.& referretur de ſtipendio.Cn.Pompeii: mentio facta eſt de legione ea quã expenſam tulit. Cæ.Pompeius: quo numero eſſet: quo appeteretur: quum Pompeius in Gallia coactus eſſet dicere Pompeius ſe legionem adducturum:ſed non ſtatim ſub mentionem & cõuitium obtrectatorum. Inde interrogatus de ſucceſſione.C.Cæſaris: hoc eſt de prouinciis placitum eſt: ut primum ad urbem reuerteretur.Cn.Pompeius: ut coram eo de ſucceſſione ꝓuinciarum ageretur.Nam Ariminum ad exercitum Pompeius erat iturus:& ſtatim ut puto idib.ſex.de ea re.S.C.factũ iri:profecto aut tranſigeretur aliquid: aut turpiter intercederetur.Nam diſputando coniecera illam uocem.Cn. Pompeio omnes oportere ſenatui dicto audientis eſſe. Ego tamen ſic nihil expecto quomodo Paulum conſulẽ deſi.primum ſententiam dicentem. Sæpius te admoneo de ſyngrapha ſictiana Cupio.n.te intelligere eam rem ualde ad me pertinere.Item de Panthetis ut cybiratas accerſas:curaſque ut mihi uehantur. Præterea nunciatum nobis: & pro certo iam habetur regem Alexandrinum mortuum.quid mihi ſuadeas: quomodo regnum illud ſe habeat:quis procuret:diligenter mihi perſcribas,quarto calen.Sexti. Vale.

M.Cælius.S.D.Ciceroni.

q Va tu cura ſis:quod ad pacẽ ꝓuinciæ tuæ finitimarũq; regionum attinet: neſcio ego qdẽ uahementer. aĩ pendeo Nam ſi hoc more moderari poſſemus:& pro uiribus copiarũ tuarũ:belli quoq; exiſteret magnitudo:& q̃tum gloriæ triũphoq; opus eſſet:aſſequeremur: periculoſam & grauem illam dimicationem euitaremus:nihil tam eẽt optandum. Nunc ſi pthus mouet aliquid:ſcio non mediocrẽ fore cõtẽtionẽ.Tuus porro exercitus uix unũ ſaltũ tueri põt. Hanc autem nemo ducit rõnem:ſed omnia deſiderantur ab eo tanquã nihil

¶Publico ne.i.curæ & cõſeruatione reip. ¶Huc ad hoc. ¶Futurã:tibi cõtrouerſiã gal.q eſt de ſucceſſione galliarum. ¶Te habere con.i.iam decreuiſſe. ¶Maturius:prudẽtius & grauiꝰ hũc euẽtũ ꝙ nemo ſit tibi ſucceſſurus. ¶Trãſlatitia:ficta:ad rẽ nõ ptinẽtia. ¶De gallis:hæc oĩa q̃ narrat ſunt q̃ trãſlatitia eẽ dicit. Qu.ſ.alius. Impediat reliquas ſucceſſiones:ſi qſq̃ intercẽſſerit gallicis ſucceſſionibꝰ. ¶Niſi libere ſe.i.niſi plena libertas pmittat̃ ſenatui. ¶Ludet̃:fruſtra cõteret tp̃s. Perſius tibi ludit. ¶Atq; ita dic.ſ.ludet̃. ¶Vt mo.ſtet cõterat̃. ¶Plus biẽniũ.ſ.ultra duos annos. ¶In his tri.in his iuolutionibꝰ & ipedimẽtis. Nã auctore Nonio tricæ dicunt̃ ipedimẽta & intricatões:& intricare:ipedire:morari:& p cõtrariũ expedire explicare uide apd̃ Noniũ plura. ¶Vſus eſſe; mea cõſuetudine: feciſſe; ut ſoleo. ¶Vt diligẽter:hãc dicit ſua; cõſuetudinẽ. ¶Oĩa adhæſerũt i cilicia oĩa ſũt redacta i ciliciã. ¶Tanq̃ i q̃dã:q̃ſi moleſtia q̃dã pp piculũ belli parthici. ¶Illud idẽ:ꝙ ãtea rettulit:ut det̃ ſucceſſor. ¶Cæſa. ¶Hoc ſi puto legẽdũ hoc ſic:ut ſit ſenſus curio tri.hoc ſic ſ.ægit. ¶Et eadẽ actio.i.eadẽ mentio & relatio. ¶Introiit:fcã ẽ. ¶Vt ordo eſt ut te nõ fallat:q̃ facile nunc ſit impedire oĩa & q̃ ſuperet Cæſari:q nõ curet rẽpublicã ſua cã. ¶Supet: ſuperſit Cæſari:ſcilicet impedire omnia.

de negarum ſit ei quominus q̃ patiſſimus eſſet qui publico negocio præpoſitus eſſet. Accedit huc ꝙ ſucceſſionẽ futuram pp galliarum controuerſiam non uideo:tametſi hac de re puto te conſtitutum quid facturus eẽs hr̃e tamẽ quo maturius conſtitueres:cum hunc euentũ prouidebã: uiſum eſt ut te facerem certiorẽ:noſti.n.hæc tranſlatitia de Galliis conſtituetur. Erit q itercedat: deinde alius exiſtet qui niſi libere liceat de omnibus prouinciis decerner̃ ſenatui reliquas ipediat. Sic multũ ac diu ludet̃ atq; ita diu:ut plus biennium in his tricis moretur Si qd noui de rep. quid tibi ſcriberẽ hr̃em:uſus eẽm mea cõſuetudine: ut diligenter & quid actũ eẽt:& quid ex eo futurũ ſparẽ pſcriberẽ. Sane tãq̃ in quadã Cilicia oĩa adhæſerũt. Marcellus idẽ illud de prouinciis urget: & neq; adhuc frequẽtem in ſenatum efficere potuit. Hoc ſi præterito anno curio tribunus & eadẽ actio de ꝓuinciis introierit q̃ facile nunc ſit oĩa ipedire:& q̃ hoc Cæſari:& iis qui ſua cã rẽp. non curet:ſuperet:te non fallit.

Tricæ
Intric

On dubito.queadmodum patet li.iiii. n epl̃a q icipit Quũ ẽ ad nos allatũ &c. & i aliis duabꝰ ſequẽtibꝰ p̃dictã: accuſatus fuerat appius dolobe. & a qbuſdã fautoribꝰ dolobellæ ambitꝰ & maieſtatis:ex quo quũ triũphũ de rebꝰ geſtis in cilicia eẽt petiturus amiſerat eiꝰ habẽdi ſpẽ:q̃ rẽ hac epl̃a cælius indicat Ci. oñditq; eu; plurimum ꝓdeſſe poſſe appio. ſed mõet eũ:ut ita eiꝓſit ut uideatur oĩno depoſuiſſe oẽs inimicitias & ſi multas:quas ante habuit cũ ipſo Appio:dicit aũt Põpei plurimũ fauere: & ꝓ eius cã laborare. Narrat p̃terea q̃dam q̃ erit curio in fauorem Cæ. Poſtræmo rogat Ci. Cælius ut eũ in gratia Appii ponat:& rurſus ab eo pãtheras græcas petit. ¶Factũ re.accuſatũ ambitus & maieſtatis. ¶Nõ ea nõ tãta. ¶Inuidia maliuolẽtia. ¶Neq;.i.ſtultæ.ſ.fecit. ¶Simulatq; cum primum ſtatim. ¶Ad tri.ubi ſedebant iudices apud quos eũ accuſaui. ¶Abiecerat depoſuerat. ¶Triumphi de rebus in cilicia geſtis cui p̃fuerat ante Ci. ut li.iiii. uiſu; eſt. ¶Accuſator dolobella. ¶Is Appius. ¶Eũ Appium. ¶In tua.m.i.in ptãte. ¶Quã.i.q̃tũ. ¶Velis.cũ.o. adiuuãdo eum cõtra dolobellã. ¶Liberiꝰ magis i ptãte tua ut ẽt nõ faueret ei ſi nolles: qa nemo diceret te fauere hoc odio. ¶Nũc dicit oĩo ei eẽ fauẽdũ ne uideat̃ aliqd retinuiſſe de ueteribꝰ inimicitiis. ¶Ius le.iuſtũ ius reconciliationis. ¶Parũ ſi.i.parꝫ ſincere. ¶Et pa.c.i.parũ bẽigne & pure Hor. Albi noſtrorũ ſermonũ cãdide lector. ¶Totum ſine piculo & ifamia tua. ¶Deterritũ ab of.i.p̃termiſiſſe officiũ tuũ erga Appiũ. ¶Neceſſitudine q̃ ẽ tibi cũ dolobella. ¶Occurrit i mentẽ uenit. ¶Diſceſſit a do. reliqt dolobellã: fecit cum eo diuortium. ¶Quid mã.n.nõ dicit qd ſit ſed itelligimꝰ ei mãdatũ fuiſſe a. Ci. ut ſi qs iueniret̃ aptꝰ:cuiꝰ matrimonio Tullia locaret̃ ſe certiorẽ faceret uel daret operã ut ẽt nõ admõito patre locaretur:ſicut ipſe ei.li.iii.ad appiũ ſcribẽs teſtatꝰ ẽ uñ nũc cælius ſignificat dolobellã eẽ ſine uxore: & ſe memorem eiꝰ mãdati. ¶Quid ſcri. conicimus eum ſcripſiſſe multa de dolobella

M. Cælius. S.D. Ciceroni.

NOn dubito quin perlatum ad te ſit Appium a Dolobella reum factum: ſaneq; non ea quam exiſtimaueram inuidia. Neq;.n.ſtulte Appius: qui ſimulatq; dolobella acceſſit ad tribunali itroierat in urbem:triumphiq; poſtulationem abiecerat. Quo facto ſuſtulit ſermones: paratiorq; uiſus eſt q̃ ſperauerat accuſator:nunciis in te maximam ſpem habet:ſcio tibi eũ nõ eſſe odio:q̃ uelis eum obligare in tua manu eſt:cum quo ſi ſimultates eſt tibi non fuiſſent liberius tibi de tota re eſſet. Nunc ſi ad illam ſummam ſe ueritatem legitimum ius exegeris:cauendum tibi erit:ne parum:ſimpliciter:& parum cãdide poſuiſſe inimicitias uidearis. In hanc partem porro tibi totum erit:ſi quid uolueris gratificari:Nemo enim neceſſitudine & amicitia te deterritum ab officio dicet:illud mihi occurrit quod iter poſtulationem & nominis dilationem uxor a Dolobello diſceſſit:quid mihi diſcedẽs mãdaris memi. Quid ego tibi ſcripſerit:te nõ arbitror oblitum. Nõ ẽ iam tẽpus plura narrandi. Vnum illud monere te poſſum ſi res tibi non diſplicebit:tamen

¶Hoc tē.nūc ex hac cā:q̄ hēt cū appio. ¶Quēadmodū:an cū honore:an turpiter. ¶Inuidioſū:charū. ¶Emanarit: effluxerit. ¶Porro.deīde. ¶Significatio:demōſtratio tuæ uolūtatis. ¶Clari⁹:manifeſtius:quū deceat aut q̄ expediat: neq; decet neq; expedit res matrimōiales multis ſciri:priuſq̄ cōficiant. ¶Ille dolobella. ¶Tā op.accōmodata utilꝫ. ¶Quū is.ſ.i.talis naturæ. ¶Vix ſe cō.qn loqueret. ¶Alterutrū alterꝫ. ¶De filiis.ſ.ſuis uel ſextū Pomp. uel Cn.Pom. ¶Hic romæ. ¶Nos.o.cōſules ꝓnunciaꝫ. ¶Cōcepta facta iſtituta. ¶Et.i.ēt. ¶Summa di.ironice.q.d.negligentiſſimos. ¶Feriis la.latinæ feriæ ut ſcribit Var.dicebāt dies cōceptiuus dictus a latinis populis qbus ex albo mōte ex ſacris carnē patere fuit ius cū rōanis: a qbus latinis latinæ dictæ ſunt. ¶Conglaciat: friget. ¶Iaceāt ſint ꝓſtrata & deiecta. ¶Niſi ego: ſignificat Ci.iocoſe hoīes deditos eē pigritiæ ita ut ea marceſcāt. ¶Aquariis:iis q uendūt aq̄:Iuue.Veniat cōductus aquarius. ¶Et ta.i. cauponibus q uinū uendūt. ¶Pugnarē reſiſterē ne facerēt copiā aquæ & uini. ¶Veternus: auctore Seruio morbus eſt itercus.i.hydrops q hoīes efficit pigros: uñ & ꝓ pigritia ponit̄ apud Virg.i geor.Nec torpere diu paſſus ſua regna ueterno bibit aūt multū ueternoſus: ut oſtēdit Hora.Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops:nec ſitim pellit niſi cā morbi fugerit uenis:& aquoſus albo corpe lāgor: & Cato ait: uernoſus q̄plurimū bibit tam plurimum ſitit. ¶Occupaſſet inuaſiſſet.i.oēs iā eſſent ueternoſi. ¶Parthi aſſi. nos ni.i.nihil curamus in quo codice ſcriptum erat.ſed parti uos calefaciūt. ¶Potuit ſine pthiſ.ſ.eſſe ut oīa iacerent. ¶Bibulus q ꝑerat Syriæ. ¶In ama.mō.de quo diximus in.iii.li. ¶Cohorticularū.i. paruarū cohortum. ¶Sic.ſ.eū amiſiſſe. ¶Quod ſu.conſtat hanc epiſtolā ſcriptā eſſe quodam interuallo tpis quia ergo ſupra dixerat ꝙ tribunatus glacia. Curioni nunc ſi corrigit.& dicit multum calere. ¶Cōcerpitur dilaceratur. ¶Leuiſſime ſtultiſſime. ¶Variam de uiis q̄ quid continerent non facile ſcitur. ¶Alimentariam legem de alimentis. ¶Agrariæ Rulli. ideſt legi qua Rulius de agris diuidundis tulerat. ¶Iactauit publicæ nominauit. Quas. leges: agrariam & alimentariam. ¶Iubet ædiles mentiri falſo dicere eſſe probatas. ¶Hoc qđ iactaſſet has leges. ¶Ponito me in gratia dicito ei perſuaſum a me ut ita faceres. ¶Integrum ut mihi ei oſtendas de uoluntate tua collocandæ filiæ. ¶Huic rei:matrimonio filiæ. ¶Dignitati æquitatis tuæ quantum ſpectat ad Appium.

Feriæ latinæ

Vetern⁹

Cohorticulatum

q Vam cito.Cælius primum ſe cupere dicit ut Cice. ex prouincia diſcedat & ſua & ipſius Cic. cauſa deinde quædam iocoſa & riſu digna ſcribit. & præcipue Ocellam repertum in adulterio ſed non dicit cum qua muliere uult enim ut Cicero id ab alio perquirat hæc epiſtola ſatis faceta & facilis eſt. ¶Iſtinc ex Cilicia. ¶Ego magis ſcilicet cupio ut diſcedas. ¶Quod quanto. ¶Aliquis metus de iſto bello & periculo parthico tui cauſa. ¶Hunc riſum meum de his rebus q̄ ridendæ acciderunt. ¶Pridie.heri. ¶Quæ cer.uis.ſ.ſcribi tibi. Deſpondit ſibi filium non intelligo ꝙ fecerit filiū ſponſum ſuum ſed ꝙ fecerit eū ſponſum ut ſi dicā ego feci mihi ſpōſū filiū meū ñ itelligo ꝙ ſit ſponſus me⁹ ſꝫ ꝙ in gratiā meam & læticiā ſit factus ſpō.

hoc tempore nihil de tua uoluntate oſtendas:& expectes quemadmodum exeat:ex hac cauſa deniq; inuidioſum tibi ſit. Si emanarit:porro ſignificatio ulla interceſſit:clarius q̄ deceat aut expediat fiat: neq; ille tacere eam rē poterit:quæ ſuæ ſpei tam opportuna acciderit. quæq; in negocio conficiendo tanto illuſtrior erit: quum præſertim is ſit:qui ſi pernicioſum eſſe ſciret:loqui de hac re uix tamen ſe contineret. Pompeius dicitur ualde pro appio laborare: ut etiam putent alterutrum de filiis ad te miſſurum. Hic nos eum abſoluimus: & hercule cōſcripta oīa fœda & inhoneſta ſunt. Conſules autem habemus ſūma diligentia: adhuc ſenatuſconſultum niſi de feriis latinis nullum facere potuerunt. Curioni noſtro tribunatus conglaciat. Sed dici non poteſt quomodo hic omnia iaceāt: niſi ego cum tabernariis & aquariis pugnarem ciuitatē ueternus occupaſſet. Si pthi uos nihil calefaciūt:nos hic frigore frigeſcimus. tamē quoqūo hic oia iaceant potuit ſine parthis. Bibulus in amano neſcio quid cohorticularum amiſit. Hoc ſic nunciatum eſt: quod tibi ſupra ſcripſi:Curionem ualde frigere iam calet. Nam feruentiſſime concerpitur. Leniſſime.n.quia intercalando non obtinuerat:tranſfugit ad populum:& pro cæſare loqui cœpit legemq; uariam non diſſimilem agrariæ Rulli & alimentariam:quas iubet ædiles mentiri:iactauit:hoc nōdū fecerat:quum priorem partem epiſtolæ ſcripſi. Amabo te:ſi quid quod opus fuerit Appio facies: Ponito me in gratiam. Dolobellam integrū tibi ſerues ſuadeo. Et huic rei de qua loquor & dignitati tuæ equitatiſq; opinioni. Hoc ita facere expedit. Turpe.n.erat tibi Pātheras græcas me non habere.

Cælius.S.D.Ciceroni.

q Vā cito iſtic deceder̄ cupis neſcio. Ego quidē eo magis quo adhuc fœlicius res geſſiſti. dum iſtic eris:de belli parthici periculo cruciabor:ne hūc riſum meum metus aliquis perturbet. Breuiores has lr̄as properanti publicanorū tabellario ſubito dedi: tuo liberto pluribus uerbis ſcriptas pridie dederam. Res autē nouæ nullæ ſane acciderūt:niſi hæc uis tibi ſcribi quæ certe uis. cornificius adoleſcens Oreſtillæ filiā ſibi deſpondit.

Paula Valeria ſoror Triarii diuortium ſine cauſa quo
die uir e prouincia uenturus erat: fecit. Nuptura eſt.D.
Bruto: nundum rettuleras. Multa in hoc genere incredibi
lia te abſente acciderunt. Seruius Occella nemini pſuaſiſ
ſet ſe mœchum eſſe: niſi triduo bis depræhenſus eſſet.
quæres ubi: hercule ubi ego minime uellē reliquo tibi qđ
ab aliis quæras: neq;.n. diſplicet mihi imperatorē ſingu
los pcunctari: cū qua ſit aliquis deprehenſus. Vale.

## M. Cælius. S.D.C.

ET ſi de repu. quæ tibi ſcribam habeo: tamen ni
hil quo magis gauiſurum te putem habeo: q̄
hoc ſcito caium Sempronium Ruffum mel ac
delitias tuas calūniam maximo plauſu tuliſſe. Quæris
qua in cauſa Marcum Tuetium accuſatorem ſuum poſt
ludos Romanos reū lege Plotia de ui fecit hoc conſilio:
q̄ uidebat ſi extraordinarius nemo reus acceſſiſſet ſibi
hoc anno cauſam eſſe dicendam. Dubium porro illi non
erat quid futurum eſſet. Nemini hoc deferre munuſculū
maluit quam ſuo accuſatori. Itaq; ſine ullo ſubſcriptore
deſcendit & Tuetium reū fecit. At ego ſimulatq; audiui
inuocatus ab ſubſellia rei accurro ſurgo: neq; uerbum de
re facio. Totum Sempronium uſq; eo perago: ut Neſto
rium quoq; interponam: & illam fabulam narrem: quē
admodum tibi pro beneficio dederit: ſi quid iniuriis ſuis
eſſet: quo Neſtorius tenetur: hæc quoque magna nunc cō
tentio forum tenet. M. ſeruilius poſtq̄ incœperat: oibus
in rebus turbarat: ne quod non uendiderat: cuiq̄ relinque
ret: maximeq; nobis traditus erat inuidiæ neq; laterenſis
prætor poſtulante Pauſania nobis patronis: quo ea pecu
nia perueniſſet: recipere uoluit. Quod Pilius neceſſarius
Attici noſtri de repetundis eum poſtulauit magna ilico
fama ſurrexit & de dānatione feruēter loqui eſt cœptum.
Quo uento pjicitur Appius minor: ne muſſitet de pecu
nia ex bonis patris peruentis ad ſeruilium. pūaricatiōiſq;
cām diceret depoſitum ſextertiorum. N.S. lxxxi. admira
ris amentiam: immo quid ſi actiones ſtultiſſimas: quid ſi
nephariaspatris confeſſiones audiſſes. Mittit in cōſiliū
eoſdē illos: q litis æſtimarāt iudices: quum æquo numero
ſniæ fuiſſent: Laterenſis leges ignorans: pronunciauit qd
ſinguli ordines iudicaſſent. & ad extremum ut ſolet ait
non redigā poſtq̄ diſceſſit: & pro abſoluto Seruilius ha

¶Diuortium. diſceſſionem. ſeparationem a marito. ¶Triarii: nomen proprium. ¶Sine cauſa: quia multæ erant cauſæ diuortii: ut exponūt iuriſconſul. digeſtis de diuortiis. ¶Nōdum rettuleras: ad ſeipſum dicit. q. nondum dixeras hoc. ¶In hoc genere: talia qualia hæc ſunt. ¶Occella: hic eſt ille de quo Cic. libro ſecundo ad Cælium ſcribens dicit: de Occella parum ad me ſcripſeras: & in actis nō erat. ¶Nemini pſuaſiſſet: nemini feciſſet credibile. ¶Triduo: in tribus diebus. ¶Depræhenſus: in adulterio: & improprie depræhēdi dicunť nautæ & adulteri. ¶De nautis. Virg. y. ænei. Hunc ego gætulis agerem ſyrtibus exul. Argolicoue mari depræhenſus & urbe mycene. De adulteris Hora. in ſermonibus. Deprenſi non bella eſt fama treboni. ¶Quæres uoles ſcire. ¶Vbi: in qua domo: uel i qua muliere. ¶Minime uellem: ſcilicet eſſe deprehenſum ubi deprehenſus eſt: erat enim fortaſſe deprehenſus apud amicum. ¶Relinquo tibi: ſcilicet hoc. ¶Imperatorem ſicut es tu. ¶Percunctari: interrogare. ¶Singulos: qui Roma iſtuc ueniunt. ¶Cum qua: muliere. nam hoc pacto aliquis tandem tibi dicet.

Deprehē ſus

beri cœptus:legiſq; unum & centeſimum caput legit:in quo ita erat q eorum iudicum maior pars iudicarit id ius iuratumq; eſto. In tabulas abſolutum non rettulit:ordinum iudicia pſcri pſit:poſtulante rurſus Appio cum Lucio Lolio tranſegiſſet:relaturum dixit. Sic nunc neq; abſolutus:neq; damnatus Seruilius de repetundis ſaucius pilio tradetur. Nam de diuinatiōe ap pius quum calumniam iuraſſet:contendere auſus non eſt:Pilioq; ceſſit: & ipſe de pecuniis re petundis a Seruiliis eſt poſtulatus. & præterea de iure uſu quodā ſuo emiſſarius Titio factus. recte hoc par habet. Quod ad remp. pertinet oīno multis diebus expectatiōe galliarum actū nihil eſt. Aliquando tamē ſæpe re dilata & grauiter acta & plane pſpecta. Cn. Pomp. uolūtate i cā ptē ut eū decederet poſt cal. Martias placeret. Senatuſcōſultū qd' tibi miſi factū eſt:auctori tateſq; perſcriptæ ſenatuſconſultus auctoritas pridie calen. Octobris in æde Appollinis. Scri bæ affuere Lucius Domitius Cnei filius:Fabius Ahenobarbus. Quintus Cælius. Q. Fabius frater. Metellus Pius. Scipio. Lucius Iulius. Lucius fili9 Publii Annalis:Caius Septimus Ti ti filius. Quirina Caius Lucius caii filius. Puphircus. C. Scribonius Caii filius Po. curio Lu cius Atteius. Lucius filius At. capitonis. Idem.

q Vod Marcus Marcell9 conſul. N. T. de prouinciis conſularib9. D. E. R. I. c. uti. c. Paulus caius Marcel. conſules quum magiſtratum iniſſent ad. x. Calen. Martias: q in ſuo magiſtratu futura eſſent de conſularib9 prouinciis ad ſenatum referrent:neue quid pri9 ex cal. Martiis ad ſenatum referrent:neq; quid cōiunctim de ea referretur a conſiliis utiq; ei9 rei cā p dies comitiales ſenatum haberes. S. q; conſultum facerent. & quum de ea re ad ſenatum referretur. a conſiliis eorum qui in tercentis iudicib9 eſſent. ſex adducere liceret. ſi quid de re ad pop. uel ad pl. referri cōſſ. opus eſſet. ut Ser. ſulpitius. M. Marcel. prætores tri. q; pleb. Quibus eorum uideretur ad Po. plæ. ue referrent:quo dii non tuliſſent utiq; quicunque deinceps eſſent ad Pop. plæ. I. N. P. R. calen. Octob. in æde Apollinis ſcripti affuerunt. L. D. Cn. F. Ahenobarbus. Q. Met. Qui filius. Pius Scipio. L. Iulius. L. filius Pō. ānalis. C. ſeptius T. filius. Quirina. c. ſcribo. c. filius Pom. Curio. L. Athæius. L. filius At. capito. M. Oppius. M. filius Terētia. Quod. M. Marc. cōſul. ut de prouinciis. D. E. R. I. C. ſenatum exiſtimare neminem eorū q poteſtatem habent intercedēdi:īpediēdi moram afferri oportere. Quominus & Rep. Qu. P. ad ſenatū referri. S. q;. C. fieri poſſe:q impedierit phibuerit:cū ſenatū exiſtima re contra Rēp. feciſſe:ſiquis huic ſenatuſconſulto interceſſerit:ſenatui placere auctoritatem p ſcribi:& de ea re ad ſenatum populumque referri. Huic ſenatuſconſulto interceſſit. C. Cælius. L. Vicinius. P. Cornelius. C. Iulius Panſa. Item ſenatui placere auctoritatem perſcribi de mi litibus:qui in exercitu. C. cæſaris ſunt:qui eorum ſtipendia:merita cauſas:quib9 de cauſis miſ ſi fieri debeant:habeant ad hunc ordinē referre:ut eorū ratio habeatur: cāmque cognoſcant: Si qs huic ſenatuſconſulto interceſſerit Senatui placere auctoritatem perſcribi: & de ea re ad S. P. Q. referri:huic. S. C. interceſſit cælius. c. Pāſa tribunuſpl. Itemque ſenatui placere in Ci liciam prouinciam inq; octo reliquas prouincias:quas prætorii pro prætore obtinerent: eos qui prætores fuerunt: neque in puincia cum imperio fuerunt: quos eorū ex ſenatuſconſulto cū impio in puincias p ptore mitti oporteret:eos ſortito in puincias mitti placer. ſi ex eo nu mero quos. S. C. in prouincias ire oporteret:ad numerū non eēnt:q in eas puincias pficiſcerē tur:tum uti quodque collegium primum. P. R. fuiſſet:neque in puicias pfecti eēnt:ita ſorte in prouinciā pficiſcerentur. Si ii ad numerū nō eēnt:tunc deinceps pximi cuiuſq; collegii q pto res fuiſſent:neque in puincias pfecti eēnt:i ſortē cōiicerētur. Quod is numer9 effect9 eēt quē ad numerū in puincias mitti oporteret. Si qs huic ſenatuſcō. interceſſerit cæli9. C. pāſa tribu

nuſplæbis. Illa præterea Cnei Pompeii ſunt animaduer
ſa:quæ maxime confidentiam attulerunt hominibus:ut
diceret ſe ante calendas Martias non poſſe ſine iniuria
de prouinciis cæſaris ſtatuere:poſt calendas Martias nõ
ſe dubitaturum : cum interrogaretur ſi qui tum incede-
rent:dixit hoc nihil intereſſe:utrum. C. Cæſar ſenatui di
cto audiens futurus non eſſet:an pararet qui ſenatum de
cernere non pateretur. Quid ſi inquis alius & conſul eẽ
& exercitum habere uolet. At ille q̃ clementer. Quid ſi fi
lius meus fuſtem mihi impingere uolet? His uocibus ut
exiſtimarent homines Pompeio cum Cæſare eſſe nego-
cium effecit. Itaq; iam uti uideo alterutram ad conditio
nem deſcẽdere uult Cæſarem:ut aut maneat:neq; hoc an
no ſui ratio habeatur:aut ſi deſignari petierit decedat. cu
rio ſe totum cõtra cum parat quid aſſequi poſſit neſcio.
Illud uideo bene ſentiẽtem & ſi nihil effecerit cadere nõ
poſſe. Me tractat liberaliter curio:& mihi de ſuo mune-
re negocium impoſuit. nam ſi mihi non dediſſet: caſque
ad ludos ei aduectæ erant Aphricanæ potuit ſuperſede
re. Nũc quando dare neceſſe eſt:uelim tibi curæ ſit:quod
a te ſemper petii:ut aliquid iſtinc beſtiarum habeamus:
Sictianamq; ſyngrapham tibi commendo. Libertũ Phi
lonem iſtuc miſi:& Diogenem græcum : quibus manda
ta & litteras ad te dedi:eos tibi & rem de qua miſi uelim
curæ habeas. Nam q̃ uehemẽter ad me pertineat in his:
quas tibi illi reddent litteras deſcripſi.

Cælius. S. D. Cice.

SIc tu inquis Hirtium tractaſti:immo ſi ſcias q̃
facile:quam ue contentionis quidem minimæ
fuerit pudeat te auſum illum unquam eſſe in-
cedere tanquam tuum competitorem. Poſt repulſam ue
ro riſus facit ciuem bonum ludit:& contra Cæſarem ſen
tentias dicit:expectationem corripit:prorſus curionem
non mediocriter obiurgatus hac repulſa ſe mutauit. Præ
terea qui nunquam in foro apparuerit : non multum in
iudiciis uerſatus ſit:agit cauſam liberalis : ſed raro poſt
meridiem:de puinciis quod tibi ſcripſeram idi. ſex. actũ
iri interpellat iudicium Marcelli conſulis deſi. cauſa in
cal. reiecta eſt:ne frequentiam quidẽ efficere potuerant.
Has litteras. ad. iiii. no. ſeptẽ. dedi:quum ad eam diem:
ne profligatum quidem quicquam erat ut uideo : cauſa
hæc integra in proximum annum transferetur. Et quan

SIc tu:In duabus ſuperioribus epiſto
lis cum longe plus difficultatis uide
am q̃ utilitatis:non putaui fruſtra ela
borandum præſertim cum multa ſint:quæ nul
lo pacto intelligi poſſe puto:hac autem epi-
ſtola:quæ etiam quibuſdam locis eſt mendo-
ſa:edocet cælius Ciceronem multa quæ Ro-
mæ agantur:& inſtanter ab eo petit rurſus pã
theras : quas dicit ei facillimum eſſe parare.
Deinde commendat ei Marcum Feridium eq
tem romanum. ¶ Sic ut eum ulceris in conten
tione & competitione ædilitatis. ¶ Quam fa
cile:ſcilicet tractauerim. ¶ Ne minime qui-
dem:ideſt nullus. ¶ Poſt repulſam : poſtq̃ non
optinuit ædilitatẽ. ¶ Corripit accuſat. ¶ Ob
iurgatus:hic actiuæ eſt ſignificationis. ¶ Pro
fligatum. ideſt confectum : nam id præcipue
ſignificat ut profligatum eſt bellum : ideſt con
fectum. ¶ Integra:ſine deliberatione. ¶ Diui Diuino
no. i. præuideo:præcognoſco: uel prænuncio:
eſt enim uerbum.

¶Obtineat: adminiſtret loco tui. ¶Vocant: trahuntur. ¶Te non pluris ſcilicet mittere. ¶Ne putes locatur quia fortaſſe curio dona uerat aliquod præmium. ¶Et cybiratas ſcilicet pantheras ideſt ex cybira urbe Aſiæ ſupra diximus. ¶Pamphiliam quæ eſt finitima Ciliciæ. ¶Pluris pantheras. ¶Laboro curo.

Amabo

¶Scorſum ſeparatim. ¶Amabo blandientis ē. ¶Impera tibi ideſt uelis hoc facere. ¶Nulla cura nullius labor. ¶Mandandi dandi mandata.

Simulatque

¶Simulatque ſtatim ut poſtq̄. ¶Deportent aduehant. ¶Ad ſictianā ſyngraphā ideſt ꝓpter ſictianā ſyngraphā de qua iā bis fecit mentionē ſuperius fortaſſe erat hæc ſyngrapha de pecuniis aliquibus. ¶Mar. Feridium alia pars epiſtolæ in qua cōmēdat ei M. Feridium amicum. ¶Strenuū fortē. ¶Iſtoc iſtuc. ¶Ad ſuum negociū ut agat negocium ſuum. ¶Immunis ſine onere ſine tributo. ¶Obligaris. pro obligaueris. ¶Fauolū nomē ꝓprium. ¶Præteritū omiſſum. ¶Colūnariis licet a columna columnarius deſcēdat obſcurum tamē eſt quod Cicc. intelligat. ¶Pōpeius tuus hæc clauſula ita claudicat puto defectu aliquorū uerborū ut nihil perfecti ſenſus afferat. ¶Hāc ſ. ſententiam dixit. ¶Coniunctū: ſimul. ſed ſeparatim de gallis ſolum. ¶Cōtriſtauit: triſtem reddidit: perturbauit. ¶Diſertiſſimus: facundiſſimus. ¶Frigidus: negligens.

S Ane q̄. Scribit Cælius ſe cōmotum eſſe uæhementer nuncio: quem acceperat de Parthis: q̄ ferebantur tranſiſſe Euphratem idque maxima cauſa Ciceronis quem ſciebat non eē paratū idoneo exercitu aduerſus tantum bellum exponit Deinde qui ſermones eſſent in urbe propter huiuſmodi nuncios de tranſitu parthorū. Itaque rogat Cicero ut ſcribat diligenter quō ſe habeat ipſa prouincia. Deinde dicit quid putet deliberatū iri Romæ. Poſtremo q̄a ſcripſerat Ci. ad Cælium ut daret operam ut ſibi ſuccederet̄ pollicet̄ ſe eē facturū diligenter. ¶Quam cōmoti ualde cōmoti. ¶Cis circa. ¶Euphratē fluuiū

Euphrates

Armēiæ maioris ut ſcribit Solinus cuius ortꝰ ē ſupra Zizamā ſub radicibus mōtis quē Catonē accolæ noiant ſcythis ꝓximū. Hic receptis in ſe aliquot amnibus cōualeſcit & ſtipatus cōis aquis luctat̄ cū montis tauri obiectu quē apud Elegeā ſcindit licet reſiſtat. xii. miliū paſſuum latitudine longiſque excurſibus dextra commagenē. Arabiam læua relinquit. Deinde prælabēs plurimas gentes Babyloniam quondam Chaldæorum caput diuidit &c.
¶Deiotarus ſ. ſcripſit is fuit rex armeniæ: ut ſcribit Cæſar li. iiii. Alexādrini belli. ¶Cōmagena pˢ eſt Syriæ.

Cōmagena

¶Quod. i. q̄a. ¶Quā pa. ſciebat te male paratū ut ſupra. Tuus porro exercitus uix unū ſaltū tueri poteſt. ¶Quod aliq̄d. ¶Tumultus ꝓprie dixit de ſubito & repentino bello.

Tumultus

¶Dignitati honori ſi eēs fuſus aut fugatus. ¶De uita ne fortaſſe obiiceres te nimium periculis ſi haberes maiorē exercitum. ¶Exiguitas paucitas. ¶Præſa-

tum diuino relinquendum tibi erit qui prouinciam obtineat. Nam non expeditur ſucceſſio: quando Gallia quæ habent interceſſorem in eandem conditionem: q̄ cæteræ prouinciæ uocantur. Hoc mihi non eſt dubium quo tibi magis ſcripſi: ut ad hunc euentum te parares fere litteris omnibus. Tibi de pātheris ſcripſi. Turpe tibi erit pacis cum curione. x. Pantheras miſiſſe: te multis partibus pluris: quas ipſas Curio mihi: & alias Aphricanas. x. donauit: ne putes illum tantum prædia ruſtica dare ſcire. Tu ſi modo memoria teneres: & cybiratas acceſſieris. Item q̄ in Pamphilam litteras miſeris. Nam ibi plures capi aiunt. q̄ uoles: efficies. Hoc uæhementius laboro nunc: q̄ ſeorſum a collega. Puto mihi omnia paranda. Amabo te impera tibi hoc cura. Soles libenter: ut ego maiorem partem nihil curare in hoc negocia nulla tua niſi loquendi cura eſt: hoc eſt imperandi & mandandi. Nam ſimulatque erunt capta: qui alant eas & deportent habes eos quos ad ſictianam ſyngrapham miſi: puto etiam ſi nullā ſpē: aut in tecto uicii cætera mihi probantur. M. Feridiū equitem Ro. & amici mei filium bonum & ſtrenuū adoleſcentem: qui ad ſuum negocium iſtuc uenit tibi commendo. & te rogo ut eum in tuorum numero hēas: agros quos fructuarios habent ciuitates uult tuo beneficio: q̄d tibi facile & honeſtum factu eſt immunis eſſe. gratos & bonos uiros tibi obligaris nolo te putare Fauolum a colūnariis præteritum: optimus quiſq̄ enim non fecit. Pōpeius tuus aperte cæſarē & ꝓuinciā tenere cū exercitu: & conſul ipſe tamē hanc ſn̄iam edixit: nullum hoc tp̄e ſenatuſconſultum faciendum. Scipio hanc ut calen. Mar. de ꝓuinciis Galliis: neu quid cōiūctim referretur: contriſtauit hæc ſn̄ia Balbum Cor. & ſcio eum conqueſtum eſſe cum ſcipione. Callidius in defenſione ſua fuit diſertiſſimus: in accuſatione ſatis frigidus.

Cælius. S. D. Ciceroni.

S Ane q̄ litteris Caii cæſaris & deiotari ſumus cōmoti. nam caſſius cis Euphratem copias Parthorum eſſe ſcripſit. Deiotarus profectas per commagenem in prouinciam noſtram ego quidem præcipuum metum: q̄ ad te attinebat habui: qui ſcirem q̄ paratus ab exercitu eſſes: ne q̄d hic tumultus dignitatis tuæ periculum afferret. nam de uita ſi paratior ab exercitu eſſes timuiſſem. nunc hæc exiguitas copiarum receſſum: non dimicationē mihi tuam præſagiebat. Hæc quo